Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

M

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

Lynostrophon, Vide Linostrophon.
Lynter, Vide Linter.
Lyparis, Vide Liparis.
Lypote, Vide Lipote.

Lyrā, f. p. [λύρα, χέλυς. Gall. Vne harpe. Ital. Lira. Ger. Ein Leyren. Hisp. Cierto instrumento musico de cuerdas, como guitarra. Pol. Harfa. Vng. Hegedü, lant. Ang. An harpe.] Instrumentum musicū in quo quot sunt fides, tot resonant voces. Lyra dicta, quasi λύστρα, propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inuenisse) pro boum compensatione fuerit data: quū antè chelys diceretur. Formam habet (ut inquit Plin. lib. 9. cap. 10.) testudinis. Horat. 1. Carm. Ode 10: Te canam magni Iovis, & deorum Nunmum, curvęq; lyrę parentem. Ovid. 11. Metam. Distinctamque lyram gemmis, & dentibus Indis Sustinet à lęva. Idem 10. Metam. Te lyra pulsa manu te carmina nostra sonabunt. ¶ Lyra etiam signum cœleste est. Varro libr. 2. de Rè rust. cap. 5: Hoc secundum astri exortum facito, quod Græci vocant Lyram, Fidem nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarii, vel certè Calendis Februariis, idq; noctu, teste Higino, quando occidūt terga Leonis. Ovid. 5. Fast. Illa nocte aliquis tollens ad sydera vultū Dicet, ubi est hodie, q̄ Lyra fulsit heri? Qui poeticam Astrologiam scripserūt, volunt hanc lyrā esse à Mercurio primùm inventam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam. Apollinem aūt, inventa cithara Orpheo lyram concessisse: mortuo autem Orpheo, à musis in cœlo fuisse collocatam. Alii dicunt esse lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omnium citharistarum.

Lȳrĭcŭs, ca, cum, adject. Quod ad Lyram pertinet. [λυρικός. Vng. Lanthox valo.] Hinc Poëtæ Lyrici dicti, quòd ad Lyram sua carmina cantabant, statuebaturq; eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. Horat. 1. Carm. Ode 1: Quòd si me lyricis vatibus inseris, Sublimi feriam sidera vertice. Modi lyrici. Ovid. Epist. 20: -quum lyricis sim magis apta modis.

Lȳrĭcă, orum, n. s. Pro carminibus lyricis. Plinius Iunio, libro 1. Epistol. 5: Scribit enim & utraque lingua lyrica docti̇ssima.

Lȳrĭcĕn, nis, pen. cor. m. t. Qui lyra canit, cujus significationis est etiam lyristes. [λυρῳδός. Gall. Ioueur de harpe. Ital. Sonatore de lira. Ger. Ein Leyrer. Hisp. Tanedor de aquel instrumento. Polon. Gedek. Vngar. Hegedüs, lantos. Ang. An harper.] Plinius Iunior ad Genitorem: Quàm multi, quum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos ponunt?

Lyron, Alysma apud Dioscor. lib. 3. cap. 170.

Lysimachia. Plinio, Λυσιμάχειον Dioscoridi, Herba est, quæ vulgò Salicaria dicitur, sive quòd folia habeat salicis, sive quòd subter salices nascatur. Dicta Lysimachia, sive ab inventore Lysimacho, sive ὅτι μάχας τὰ λύοντα τῶν μαχῶν. Refert enim Plin. tantam huic herbæ componendorum dissidiorum vim inesse, ut discordantibus etiā jumentis jugo imposita, asperitatē eorum colubeat. ¶ Hujus varię sunt species. 1. Lysimachia lutea, sive flore luteo. [Polon. Tosisz wielki, item Bursztynowy.] 2. Lysimachium flore purpureo. [Polon. Wilczy ogon, item Merkurya.] 3. Lysimachy genus, secundum quosdam, dicitur herba quæ Antony vocatur, & filius ante patrem. [Polon. Polne gwozdziki.]

Lȳsis, hujus lysis, & lysios, λύσις. Id est, Solutio, à λύω, solvo. Cic. 3. Tusc. Ex quo ipsam ægritudinem & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. ¶ Lysis in architectura, hiatus est januarum: id est, solutio continui parietis. Vitruvius lib. 6. cap. 10.

Lyrrā, λύσσα, Genus vermiculi, qui nascitur in lingua canum. [German. Ein würmlein so den jungen hündten vnder der jungen wächst/Taubwurm. Polon. Robak ktory pod ięzyk psu wchodzi, ktori wirzgany vmi edzich psom, iegdi sie nierozpieka. Vngar. Eb nyelvben termö ferög. Ang. A worme in a dogges tonge which makith him mad if he be not taken out.] Hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. lib. 29. cap. 5.

M

LITERA una est ex iis quas Græci Grammatici ἡμίφωνα ἄτυπα, & ἀμετάβολα: hoc est, semivocales simplices, & immutabiles, Latini Liquidas appellant. In compositione & derivatione migrat in n, sequēte d vel t, vel c, vel q: ut Tantū, tantundē; Idem, identidem, Eorum eorundem, Num, nuncubi, nunquis, nunquā. Sic circunquaq;, tanquam, nanque, quenque, quānque, quicunque. Similiter Am præpositio sequentibus f, vel c, vel q, mutat m, in n, ut anfractus, &c. Vide in dictione Anfractus. M. in interiori ejus parte sonum colligit, compressis labris, concluso ore; quem postea mugitu quodā non sine molestia extrudit. Ejus possimùm infelicitas apparet, quum claudit dictiones: quod quum Latina lingua nimis quàm sæpè patiatur, habetur & ipsa infelicior. Græca quum in nulla dictione id ferat, hoc etiam nomine censetur beatior. Hujus elementi mugientem sonum fugientes Poëtæ Latini, curant id elidendum in carmine, sequente vocali. Ejus soni tamen major & minor obscuritas deprehenditur à loci situ: augetur & his modis, idemque minuitur, quibus & aliæ mutæ, ut suprà dictum est. ¶ M. In notis antiquorum, Marcus, vel Mutius, vel Martius, vel monumentum, vel mulier, vel miles, vel meum, vel meam, mihi, molestus, modò, mors, munus. MA. Macrinius. MAG. magistratus. M. AG. militis ager. MAG. EQ. magister equitum, MAG. MIL. magister militum. MA. L. major. M. AE. M. Marcus Aemilius. MA. T. P. FE. C. ET. H. S. P. Q. mater pientissima fecit, & hi, suis, posterisq; eorum. MARIT. Maritus. M. AVR. Marcus Aurelius. MAX. Maximus. M. B. Mulier bona. M. C. Mancipio. M. C. Marcus Cicero, vel Marcus Censor, vel monumentum condidit, vel constitit, vel cōsecravit. M. C. F. mortis causa fecit, vel fuit. M. C. M. mortis causa manumissus. M. C. V. manu consertum vocavit. M. CS. Marcus Cæs. M. D. O. mihi dare oportet. In numeris mille significat, quod mala scribendi consuetudine inductum est. Nam cùm his notis CIↃ. apud veteres mille significarentur, errore quodam ex tribus istis notis M factum est.

Mācĕllum, li, n. s. Locus Romæ, quo venalia omnia quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur. [ἰχθυόπωλιον. Gall. Boucherie, marché. Ital. Pizzaro, mercato. Germ. Ein Speißmarckt/an dem man allerley essige Speyß/als fleisch/visch/etc. feil hat/Ein Metzg. Hispan. Carniceria, ò pescaderia. Polon. Rinek gdzye przedaią wsselakie pokarmi, item mieso rzezki. Vngar. Mészárszék, piacz. Ang. The shambles or place where flesh is sold.] Plaut. in Aul. Venio ad Macellum, rogito pisces: indicant caros: agninum caram, cara omnia. Cicero 2. de Divinat. Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macellocatiorem fore. Dictum Macellum, teste Varrone & Festo, à Macello quodam homine improbissimo, qui in urbe lanienam exercebat, quo damnato, Censores Aemylius & Fulvius statuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur, redactum in ærarium ejus bonis. Alii Macellum dictum putant, quòd ubi fuerit hortus, quem macellū à Lacedæmoniis appellatum ferunt. Et Iones ostia hortorum Macella q; vocabant, ut ait Varro lib. 4. De Ling. Lat. Donatus à mactandis pecoribus deiectus.

Mācellārĭus, rii, m. s. dicitur venditor eorum quæ ad victum pertinent: non solùm carnium, sed omnium obsoniorum: quinetiam panis & frumenti venditor: nam hæc omnia in macello venundabantur. [ὀψοπώλης. Gall. Vendeur de toute viandes. Ital. Venditore d' ogni vivanda. German. Ein Speißverkauffer. Hispan. El carnicero ò el que vende pescado y otras cosas. Polon. Rzekarnie przedawca. Vngar. Ele del arulo kofar. Ang. A seller of all maner of victuailles.] Varro libro tertio, capite quarto: Duo sunt ornithonis genera: unum delectationis causa, ut Varro hic fecit noster sub casino: quod amatores invenit multos: alterum fructus causa, quo genere macellarii, & in urbe quidem habent loca clausa, & rure maximè conducta, in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi. Suetonius in Cæsar. Ea quæ ad epulum pertinebant, quamvis macellariis oblocata etiam domesticum apparabat.

Mācellārĭŭs, deductum nomen à macello, ut Macellaria taberna. [ἰχθυόπωλιον ἐργαστήριον, ὀψοπώλειον. Vng. Mekarsziki, piaczy.] Valerius Maximus lib. 3. cap. 4.

Mĭcĕr, cra, um, Exilis, extenuatus, gracilis, macilentus. [πτωχὸς, ἰσχνὸς, λεπτός. Gall. Maigre. Ital. & Hispan. Magro. German. & Belg. Mager/dürr. Polon. Chudy/mizh. Vngar. Soványos. Angl. Leane.] Virgil. 3. Aeglog. Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in arvo? Columel. libro 2. capite 9. Nam vel pinguissima vel macerrima humo jaciatur. Sipontinus à Græco μηκύς, deduci putat. Illi enim μήκη longa dicunt: quæ autem tenuia sunt, longiora videntur. ¶ MACER, μάκερ, est etiam poëtæ proprium, qui de herbarum viribus scripsit.

Mācellŭs, a, um, diminutivum à macer pro macilento. [Vng. Aszeber beteke.] Lucil. lib. 6: Si nosti, nō magnus homo est, nalatus, macellus. Nonius. ¶ Fuit præterea Macellus hominis improbissimi, & seditiosi nomen, quo capitis damnato, redactisque in ærarium ejus bonis, ædes etiam ejus diruta sunt, cujus area

area extructum est ædificium, venundandis obsoniis destinatum: quod ab ejus nomine Macellum fuit appellatum.

Măcĕlentus, m. f. Macie extenuatus, interprete Festo, macer, gracilis. [רזה razah, λεπτύνομαι, κρεμάννυμι Gal. Fort, maigre. Ital. Magro, slimmato, dimagrato. Ger. Ermägeret/ganz mager. Hispan. Muy magro. Polon. Trawie wysuszony, chudy, schudzony. Vng. Megh elsoványodott. Ang. Very leane.] Plaut. in Asin. Macilentis malis rufulus, aliquantum ventriosus. Idem in Captiv. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? A fi. dicam tibi, Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Măcĕrĭes, ēi, f. q. Macritudo. & macror, sive macor: Corporis extenuationem significat. [רזון rezon כחש chachasch, λεπτότης, ἰσχνότης. Gall. Maigreté, ou maigreur. Ital. Magrezza. Germ. Die mägerey/oder magerheit. Hispan. Magreza. Polon. Chudosc, wysuszenie. Vngar. Soványság. Ang. Leanenes.] Plautus in Captiv. Ossa atque pellis sum misera macritudine. Pacuvius: Corpusque meum tali mœrore, errore, mærore senet. Colum. lib. 6. cap. 14. Est etiam illa gravis pernicies, quum pulmones exulceratur inde tussis & macies. Plin. lib. 10. cap. 63: Veires subantis audita voce, nisi admittatur, cibum non capit usque in maciem. Virgil. 3. Aen. Quem subitò è sylvis macie confecta suprema Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu Procedit. Idem 3. Georg. Ipsa autem macie tenuant armenta volentes.

Măcĕo, ēs, macŭi, n. f. Macreo, macer sum, sive fio, consumor, & cōficior. [כחש chachasch רזה razah, λεπτύνομαι, κρεμάννυμι. Gall. Estre maigre. Ital. Dimagrare, smagrire. German. Mager sein. Hispan. Enmagrescerse. Pol. Schne. Vngar. El hízni kívánkodom. Ang. To be leane.] Plautus in Aulul. Quia ossa atque pellis totus est, ita cura macet.

Măcesco, scis, n. t. Macer fio. [כחש chachasch רזה razah, λεπτύνομαι, κρεμάννυμι. Gall. Devenir maigre. Ital. Dimagrare, divenir magro. Ger. Mager werden. Hisp. Enmagrescerse. Pol. Pocynam schnąć. Vngar. Megh kezdem ohnom. Ang. To waxe leane.] Colum. lib. 1. cap. 9: Constat arva segetibus ejus (scilicet hordei) macescere. Varro 3. de Re rust. cap. 16: Tum propter laborem asperantur & macescunt.

Măcĭo, as, act. p. Macrum facio. [רזה razah, λεπτύνω, κατατήκω. Gall. Amaigrir. Ital. Immagrire. Germ. Ermägern/mager machen. Hisp. Enmagrescer à otra cosa. Polon. Wysuszam. Vngar. Megh kezdem ohnom. Ang. To make leane.] Cujus compositum est Emacio, de quo vide tuo loco.

Macrĕo, ēs, n. f. Macer fio: à quo macresco ejusdē significationis. [כחש chachasch רזה razah, λεπτύνομαι. Gal. Devenir maigre, s' amaigrir. Ital. Dimagrare, divenir magro. Ger. Mager werden. His. Enmagrescerse. Pol. Schne. Vng. Megh kezdem ohnom. Ang. To waxe leane.] Col. lib. 6. cap. 3: Dabimus & operā, ne penuria cibi macrescat pecus. Varro: Quia earum aspectus ad desiderium macrescere facit volucres inclusas. Martial. lib. 13: Ne nimis exhausto macrescere posset inguine gallus.

Măcĕro, as, act. p. Consumo, conficio, attenuo: & de corpore & animo dicitur, à macer. [דק dak כחש chachasch הרך herak, λεπτύνω, τήκω. Gall. Amaigrir, rendre maigre, amollir, ramendrir, detremper. Ital. Macerare, ammollire nell' acqua, smagrire. Ger. Aufmergeln/aufmägern. Belg. Mager oft dun/oft week maken. Hisp. Enmagrecer, ablandar ò remojar. Pol. Wsiąknąć. Vng. Megh emészthetem, megh kesztenem, gyöngém, legyöngém, perhanyászom. Ang. To make leane, & soke in water.] Horat. 1. Carm. Humor & in genas furtim labitur arguras, Quam lentis penitùs maceret ignibus. Plaut. in Captiv. Multos iste morbus homines macerat. Idem etiam Plaut. scribens in Milite: At hoc me facinus miserū macerat, Meūq; cor, corpusque cruciat. Terent. in Andr. Tu modò animo mi, nolite macerare. Ibidem: Sed quid ego, cur me excrucio? cur me macero? ¶ Accipitur etiam frequentissimè pro humore aliquo emollire, vel in aqua quippiam asservare, quoad salsedinem alium ve saporem deponat. [Ger. Beitzen/weich machen.] Terent. in Adelph. Salsamenta hæc; Stephanio, fac macerentur pulchrè. Colum. lib. 1: Piscinas duas, alterā quæ aqueribus pecoribusque serviat: alteram in qua lupinum, ulmi vimina, & virgas aq; alia, quæ sunt usibus nostris apta, maceremus. ¶ Est etiam macerare aliquando prolucre, madefacere. [שטף schataph.] Plin. lib. 11. cap. 41. de Poppea: Totum corpus illo lacte macerabat. Idem lib. 16. cap. 10: jubet podagricos macerare pedes in decocto verbenacæ. Vitruvius etiam jubet calcem coctam diu macerari antequam fabri ea utantur.

Măcĕrātus, a, um, part. Mollis & tener factus. [רך narāk, בשפך beshephech, λεπτός, ἁπαλός. Gall. Detrempé, macéré. Ital. Macerato, ammollato. Ger. Geweicht/lind gemacht. His. Curtido ò remojado. Polon. Zmiekczony, zmoczony. Vng. Lagyatott, puhonyittatott, kesztyüzött. Ang. Made leane, soked.] Plaut. Pœn. Macerato hoc pingues fiunt auro in barbara boves.

Măcĕrātor, Macerator: hoc est, madefactor, & mollificator. [רך narāk בשפך beshephech, ἁπαλύνων. Gal. Se detremper & amollir. Ita. Macerare. Ger. Weich werden. Hisp. Remojarse. Pol. Zmiekczam, wymoczam. Vngar. Megh eszem, legyökik. Ang. To be made weet and soke.

MAC

kod.] Cato de Re rust. cap. 92: Frumento curculio ne noceat, non mures tangant, latum de Amurca facito, galeatum paulum addito, sinito macerescant.

Macro, as, Macero: cujus compositum est Emacro, quod est valde macrum facio. [כחש chachasch רזה razah, ἰσχναίνω. Gall. Amaigrir. Ital. Dimagrare. German. Ausmägern. Hispan. Enmagrescer à otra cosa. Polon. Wychudzam. Vngar. Megh kezdem ohnom. Ang. To make leane.] Plin. lib. 18: Terram emacrari hoc latu, scilicet mihi, existimantes.

Măcĕries, ēi, f. p. & Macĕries, ei, f. q. Paries sive murus, vel congeries lapidum in unum compactorum, sive latrita, aut alio genere ferruminis, cujusmodi parietes ferè eos esse videmus, quibus vineæ claudi solēt. [גדר gnadher. τὸ τοῖχος, ῥῶξις. Gall. Muraille faicte sans mortier. Ital. Muro secco senza calcina. German. Ein solche mawer/ in welcher die stein an einander nicht gepflastert sind/ ein steinmawer. Belg. Een Muer. Hispan. El albarada de piedras sin barro. Polon. Scyana albo murowanie nie wmurowdzone, przegroda. Vngar. Fal szárnya. Ang. A wall of stone without morter made in stede of a mawnde.] Terent. in Adelph. Iube hanc maceriam dirui. Varro tamen alites lib. 3. de Re rust. cap. 12: Quis ignorat septa è macerijs ita esse oportere in leporario, ut tectorio rat septa è macerijs ita esse oportere in leporario, ut tectorio sint, & sint alta? Cato de Re rust. cap. 15: Maceria si ex calce tecta sint, & sint alta? Cato de Re rust. cap. 15: Maceria si ex calce, & cæmentis, vel silice ædificetur. Maceriam ducere apud Cajum L. 17. D. Com. præd. pro macenā imponere, facere sive agere. Si precario vicinus, inquit, maceriam duxerit: id est, imposuerit. ¶ Legitur quandoq; Macries apud antiquos pro macie vel macilentia, λεπτότης. Afranius: Si ille hæc nunc sentit, facere illi satis vis, quāta illius mors sit macries tibi. Nonius.

Măchærĭ, æ, f. p. [חרב chereb. μάχαιρα. Gall. Glaive ou espee. Ital. Spada, simitarra. German. Ein Degen. Hispan. Espada. Polon. Kord, tessak. Vng. Tör, kard, bonczar. Ang. A sword, a falchion.] Sica, gladius, culter. Quod nomen impositum est à Græcis, à verbo μάχομαι, quod est pugno. Iuvenal. Satyr. 7: amcæ nomen victumque machæræ. Apul. lib. 9. de Asin. Comminabatur, sese concisurum cum machæra frustatim.

Măchærŏphŏrus, m. f. Gladium ferēs, ferarius. [μαχαιροφόρος. Gall. Espadassin, maistre d' escrime. Ital. Schermitore, spadaccino. Ger. Der ein Degen treget/ein Degenhans. Hisp. Espremidor, que trahe espada. Pol. Kord vbo kunosius. Vng. Tör bordozo. Ang. A sworde bearer.] Cic. ad Quint. Fratrem lib. 6: Hominem portavi ad machærophoro, machærophoris centum sequentibus.

Măchærŏpœus, m. f. Faber gladiorum. [μαχαιροποιός. Gall. Fourbisseur faiseur d' espees. Ital. Spadaro. Germ. Ein Messerschmid. Hispan. El que haze espadas. Pol. Miecznik. Vngar. Ispar kardcsinalo. Ang. That maketh swordes.] Quo nomine dictus est Demosthenis pater ab officina gladiorum, quam Athenis egregiam, multaque opificibus servis instructam habebat.

Machæron, Viridis cujusdam compositionis nomen, in re medica, ad morbos articulares & lichiada pertinens. Citatur ejus pharmacum in atræ bilis cura ab Aetio, Serm. 12. cap. 82. Machæromion. Xiphion apud Dioscor. lib. 4. cap. 23.

Machalaum, nomen Græcum compositum ex μάχη, quod magnum significat, & ἄλαστος, cæcum & errantem. Oppidum Brixia, agro insubrium clade nobile.

Măchĭna, pen. cor. f. p. Molitio, inventum, opus, instrumentū. [מחזי mechezi כלי keli. μηχανή. Gall. Machine, subtile invention. Ital. Invention, trouata, machina. Germ. Ein geruß oder rustzeug. Belg. Instrument. Hisp. Fabrica, artil ssa, mason. Pol. Wynalazek sztuka, maszyna, kaszdo rzeczy sztuka albo dostrzegbo potrzebna. Vn. Okos gondolat, eszkoz. Ang. A geame or engine.] Hinc Mechanicus, faber seu opifex eorum operum, quæ ingenio simul & manibus fiunt. Et Mechanica ars, fabrilis, itaque artes dividuntur in liberales & mechanicas. Asconius: Machina dicitur, ubi non tàm materiæ ratio, quàm manus atque ingenii ducitur. Plin. lib. 19. cap. 2, de Sparto loquens: Qui volet miraculum æstimare, quanto sit in usu omnibus terris navium armamentis, machinis ædificationum. Et machinas bellicas, ἐλεπόλεις, opera fabrilia vocantur quibus in bello utimur. Virgil 2. Aeneid. Quò molem hanc immanis equi statuere? quis autor? Quidve petunt? quæ religio? aut quæ machina belli? Horat. 2 Epist 2: Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum. Vitruv. lib. 10. cap. 19: Constituebatur autem in ea arietaria machina quæ Græcè χελώνη dicitur, in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constituius aries, &c. ¶ Muralis machinæ. Plin. lib 7. cap. 56. ¶ Aliquādo etiam ponitur pro dolo, fallacia & arte. Plaut. in Bacch. Aliquam machinabor machinam. Cic. 3. de Nat. deor. Nē quid inde auferam, ne quem dolum ad eum, machináve commoliar, scio quicquam. Idem ad Brut. Ad reliquos hic quoque mihi labor accessit, ut omnes adhiberem machinas ad tuendum adolescentem.

Măchīnālis, & hoc le, om. t. Quod ad machinas spectat. μηχανικός. ut Machinalis scientia, apud Plin. lib. 6. cap. 37: Grande & Archimedi Geometricæ & machinalis scientiæ testimonium M. Marcelli contigit.

Măchīnārius,

Māchīnārĭus, rii, m. f. Qui machina tractoria operatur onera in altitudinem sublata collocans. Paul. l. si putator. ad leg. Aquil. Si machinarius hominem prætereuntem occiderit. Machinarius mensor, qui norma in metiendo utitur, ut ii qui probant opera à fabris materiariis facta. Vlp. l. 7. D. si mensor machinarius fefellerit, hæc actio dabitur. Nam μηχανὴν verbo hanc normam nominavit, ut artificiosam à decempedali distingueret. Illius formam cognosce ex Vitruvio lib. 9. cap. 2. Hæc ex Hotomano. ¶ Machinarius asinus, in Pandectis est molendarius, qui molitiæ est, qui molam machina quadam inclusam volvit & torquet: quam & machinam frumentariam vocat Iurisconsultus. Sic machinalia pondera vocat Ausonius, pistrinalia pondera. Qui, inquit, machinali saxa volvunt pondere. Sic & amica de machinis empta à Q. Ciceronc fortasse dicitur id est, de pistrina vel molettina.

Māchīnor, aris, d. p. Cogito, per dolum aliquid molior. [מזם zamam. ἐπιτεύγματα, μηχανήματα, μηχανεύω. Gall. Machiner, trouver quelque finesse. Ital. Machinare, imaginare. Germ. Erdencken/vberlistung/anrichten mit listen. Belg. Vberlaem om te vinden / tot rüsten. Hisp. Buscar y pensar cosa de ingenio. Polon. Zmuślam cos, zdrádę kowę zmuślam. Vng. Gondolok, ifalardal valamire ejtekezem. Ang. To deuise or inuent some ginne or ingenious work.] Frequentiùs enim in malam partẽ accipitur. Plautus in Cas. Illa nubet mihi: machinare quod lubet. Liv. lib. 1. ab Vrb. Confestim Turno necẽ machinatur. Salust. in Catil. Iam tum non consulibus, sed plerisq; Senatoribus perniciem machinabatur. Dicitur autem machinari à μηχανὴ, quod est invenio. Vnde μηχάνημα, inventum & molimen dicitur. Cic. 3 de Natur. deor. Niobe patrimus ratiocinari videtur, & sibi ipsa nefariam pestem machinari? Machinari pestem in omnes idem dixit Cicero in Catil. ¶ Accipitur etiam machinari in bonam partem, pro inire rationem & viam agendi aliquid. Cicero 2. de Divin. Nam primùm alia mares, aliæ fœminæ sunt: quod perpetuitatis causa natura machinata est.

Māchīnāmentum, ti, n. s. pro machina capitur. [מחי כלי mechi chelí. μηχανὴ.] Liv. 4. bel. Pun. Turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Tacit. lib. 15: Adiabeni quum promovere scalas & machinamenta incipe-rent, facilè detrusi.

Māchīnātŏr, oris, m. s. machinarum inventor, & artifex. [חרש charásh. μηχανοποιὸς.] Liv. 4. bel. Pun. Archimedes is erat, unicus spectator cœli syderumq;, mirabilior tamen inventor ac machinator tormentorum bellicorum, operumq;, quibus ea quæ hostes ingenti mole agerent, ipse pene vi momento ludificaretur. ¶ Machinator item dicitur, doli alicujus & fraudis consutor. [חמס zomm, μηχανοῤῥάφος.] Cicero in Catil. Improbissimus machinator omnium scelerum: hoc est, inventor & autor.

Māchīnātĭo, ſt. Inventio, astutia, fallacia, ars, inventum, consilium, dolus. [תחבולה ejmmah עלילה halilah. μηχάνημα. Gall. Invention & subtil moyen, engin. Ital. Inuentione, alluzia. Germ. Ein listige erdencken oder erfindung. Hisp. Sotil inuencion de engenno. Polon. Vrzadlim, wymisł, monstrowanie. Vng. Tſalardſág, okos gondolat. Ang. A deuising or subtil working.] Col. lib. 6. cap. 2: Hac machinatione consequemur, ut etiam contumaces boves gravissima onera non recusent. ¶ Interdum etiam pro ipsa machina. Cæs. 2. bel. Gal. Primus irridere ex muro, atque increpitare vocibus quòd tanta machinatio ab tanto spatio instrueretur.

Māchīnātus, us, m. q. machinatio. [μηχάνη. Vngar. Tſalard igyekẽzet talalmany.] Apul. in Apol. Itaq; apud omnes immperantissimè gloriatur me suo machinatu reum postulatum.

Māchīnātus, a, um, μηχανοποιηθὲις. Salust. apud Macrob. Satur. lib. 3. cap. 13: Præterea cùm sedenti in transenna, demissum victoriæ simulachrum cum machinato crepitu tonitruum, coronam ei imponebat.

Māchīnōsus, a, um, πολυμήχανος, machinis confectus, vel dolis excogitatus: ut Navigium machinosum, apud Sueton. in Neron. cap. 34: Repetentoque Baulos in locum corrupti navigii, machinosum illud obtulit.

Mactis. Fera est Scandinaviæ insulæ peculiaris, alcę similis, sed nullo suffragium ferru. Vnde dormitura non cubat: sed arbori se acclinans somnum capit: quæ à venatoribus antè succisa, quam semel ceciderit, erigere se non potest: eaq; sola ratione capiuntur aliàs mirę velocitatis: labrum ei superius prægrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.

Mācidātĭo, m. f. Liquoris infusione madẽs. [משקה mishkeh. Gall. Mouille, trempé. Ital. Bagnato. German. Gemeet/ besenchtiget. Hispan. Mezado. Polon. Odmoczenie. Pałtanie. Vngar. Megazatot. Ang. Wet.] Apul. lib. 2: illic spongiis macidatis tumores comprimere.

Macir, Plinio, aliis Macer, παρὰ τοῖς Dioscoridi, Cortex est subrufus & magnę radicis, qui ex India advehit, detractus ex arbore sui nominis. Vide Plin. lib. 12. ca. 8. Officinis *Macis* appellat.

Mācrŏchīra, f. p. μακρόχειρα. Tunica manicata, quæ & chirodota appellatur, Lamp. Macrochiras ex purpura ad usum suũ revocavit. Has Romæ induere sui indecorum, Augustus lib. 1. de Dosi. Talares ac manicatas tunicas habere apud veteres Romanos flagitium erat. [Pol. Vid. sis.]

Mācrŏcōla, æ, num, penultima producta. [μακρόκωλα a Ital. Carta reale. German. Regis papyr. Pol. Regalem papier. Vngar. Regal papyrus. Ang. Paper royall.] Telle Hermolao in Plin. majores, & longiores chartæ, quas nos hodie *chartas regias* vocamus: quo etiam nomine Catullus chartę quoddam genus appellavit. Cic. ad Att. lib. 13: Sed tamẽ ego non despero, probatum iri Varroni: & id quoniam impensam fecimus in macrocola, facilè patior teneri. Arbitratur alii Hermolaus Macrocolum dici, ἀπὸ τῆ μακρᾶ & κώλη. quasi longũ membrũ, vel potius longam membranam. Quod si ita est, unico l. scribendũ videtur: quemadmodum & protocolon. Nam utriusq; eadem videtur origo. Est enim Protocolon prima illa charta, in qua scribæ acta breviter delineant, ornatius, & amplius, quoniam res popoſcerit, describituri. Macrocolorum meminit Plin. lib. 13. cap. 12, de generibus chartarum loquens. Præterea (inquit) in chartis spectatur tenuitas, densitas, candor, & lævor. Primarum mutavit Claud. Cæsar. Nimis quippe angusta tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Adhoc transmittens literas liturę meram afferebat adversis, & aliàs indecoro nisi pertranslucida. Igitur & secundo corio facta sunt ſtatimum à primo subtegmine. Auxit & latitudinem. Pedalis erat inscriptura, & cubitalis, macrocolis. Hæc Plin. Sunt qui Macrotallum scribant gemino l, putãtes dictum esse, ὡς τὸ μακρὸν hoc est, à glutine quo chartæ glutinantur.

Macrocosmus: id est, major Mundus.

Mācrŏlŏgĭa, μακρολογία, Sermonis prolixitas: cui opponitur βραχυλογία, sive Lacoñismus. μακρολογία enim Græcis est multa loqui, & prolixo sermone uti.

Mācte, f. p. Dicuntur pretiosa edulia. [מטעמים mathammim. μαζῶν. Gall. Viandes exquises & de grand prix. Ital. Cibi di molto prezzo. German. Schleckerey/ köſtliche ſpeiſſen. Hispan. Manjar magnifica y cotlosa. Polon. Pokarmi pysznie a drogie. Vngar. Drága ęcek. Ang. Dainties dishes.] Sueton. de Caligula: Mulus veternosas mactas misit. Quo in loco nonnulli legunt Mattyas, alii Metteas. Apud Martialem legitur Mactea pluralis numeri, & neutri generis, Mactea (inquit) sola juvant. Vide exactiùs nota in dictione MATTYA.

Mactĭcus, penult. cor. Qui habet magnas malas, & os pium, quasi malacticus. Festus.

Mācto, tas, act. p. Interficio. [הכה שחט hakah shachat. θύω. Gal. Tuer, occire, mettre à mort. Ita Vendere, ama[illegible] Ger. Magen/ tödten/ schlachten. Belg. Doodẽn. His. Matar. Pol. Zabiiam, morduie. Vn. Meg ölném, fél alidgom. An. To kill, to slaye.] Mactare morte, supplicio, malo, damno, infortunio, & simpliciter mactare. Cic. de Arusp. responsis: Clodius divisores omnium tribuum domi suæ crudelissima morte mactavit. Idem in Catil. Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Plaut. in Aulul. Nam quæ nos dotata est, ea in potestate est viri. Dotatæ mactant & malo & damno viros. Plaut. in Pœn. Divitẽ audacter fidemus mactare infortunio. Idem in Amph. At ego certè cruce cruciatum mactabo. Tractum videtur à sacris: mactantur enim hostiæ quæ immolantur. Dicimus autẽ mactare hostiam alicui Deo. Vt, Cœlicolúm regi mactabam in lustore taurum: & mactare deum hostia, minus quidem usitatum, sed tamen à veteribus dictum. Cicer. in Vatin. Quum inaudita & nefaria sacra susceperis, quum inferorum animas elicere, quum puerorum exta deos manes mactare solcas. Atque inde jocandi occasionem arripuit. Plaut. in Amphyt. Sacrificio ego tibi. Amphit. Quid sies? Quia enim te macto infortunio. Incus enim ex ambigutate, verbi quæsitus. ¶ Mactare Orco id est, ad Orcum demittere, & præcipitare. Liv. lib. 9. ab Vrb. Sacratos more Samnitum milites, eosq; candida veste, & paribus cãdore armis insignes, eos se Orco mactare Iunium dicitans, quum intulisset signa. &c. ¶ Dictum putant Macto, quasi magis auctohoc est Augeo. Nam prius quàm victimam immolarent, thus, aut vinum super eam fundebant. Vnde Mactum esse tantum dicebant, thure, vel vino cumulatã hostiam, quasi magis auctam. ¶ Hinc mactare pro magis augere, veteres usurparunt. Cicer. de Rep. Ferunt laudibus, mactant honoribus. ¶ Quandoq; pro præcipitare. Accius: Aut illorum copias fundam in campo, aut naves uram, aut cultrã mactabo in mare. ¶ Quandoq; pro honorare. Plaut. Tamen honestè mactatũ reducam domum. ¶ Quãdoque pro violare. Cic. 6. Verr. Quum viderent jus civitatis de Io supplicio esse mactatum.

Mactātus, ta, tum, participium: [משחת mishchath. ἱερευόμενος, σφαγιαζόμενος. Gall. Tué. Ital. Ammazzato. German. Geſchlachtet. Hisp. Matado. Polon. Zabity. Vng. Meg ölettet. Ang. Killed.] ut, Hostia mactata. Horat. 1. Carm. Ode 19: Mactata veniet lenior hostia.

Hostia. Ovid. 15. Metam. Vite caper morsa Bacchi mactatus ad aras. Dicitur ultoris.

Mactandus, mactanda, ctandum. Seneca Troad. Mactanda virgo est Thessali busto ducis.

Mactātus, hujus mactatus, m. q. [סבחה *tibehāh* סבח *tebach*. *Genebr.* Gall. *Tuerie, assommement.* Ital. *Vccisione.* Ger. Schlachtung/Metzgung. Hispan. *Matanca.* Pol. *Zabicye.* Vng. *Meg ölés.* Ang. *Killing, or slaying.*] Lucret. libr. 1: -nubendi tempore in ipso Hostia conciderat mactatu mœsta parentis.

Mactātor, oris, m. t. [סבח *tabbāch. Jesaiæ, 57 Ezechielis.*] Senec. Troad. Perge mactator senum.

Mactra. Arca panaria. [משארה *máscherāh.* quæ κάρδοπος à Græcis dicitur: à verbo Græco κάρδω, quod significat subigo vel pinso. [Gall. *Vne huche, ou may.* Ital. *Madia, panaia, arcella, panal.* Polon. *Kasa chlebowa* vel *koś chlebowa.* Vngar. *Veka, gyurro.* Ang. *A kneading trough.*]

Mactus, cta, ctum.. [רב *rab. Esaiæ 60.* Gall. *Augmenté, amplifié.* Ital. *Accresciuto.* Ger. Zugenommen/Gemehrt. Hisp. *Crescido.* Pol. *Cynsiony, zdatny, zyzny.* Vng. *Vgy ann vgy.* Ang. *Augmented, more increased.*] Putatur esse dictio composita ex adverbio Magis, & nomine auctus. Solus autem vocativus utriusque numeri ab hoc nomine est in usu: in numero singulari Macte, & in plurali Macti quibus propriè utimur, quum aliquem ob rem bene cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Virg. lib. 9. Aeneid. Macte nova virtute puer, si itur ad astra. Mart. lib. 12: Macte animi quem ratus habet, morumque tuorum. Sil. lib. 5: -venerande pudici Doctor macte animi. Cic. Att. Macte virtute esto. Plin. lib. 2. cap. 12, in laudem Astrolog. Macti ingenio esse cœli interpretes, rerumque naturæ capaces. Stat. libro 7. Thebaid. Macte animo juvenis. Simillimū est illud apud Græcos, ἐῦ μοι, ἐῦ μοι, quibus utuntur re gnaviter & fœliciter gesta. ¶ His autem dictionibus Macte & Macti, quanvis vocativi sint, attamen ex usu autorum tàm pro nominativo, quàm pro accusativo licitè utimur, non ratione, sed autoritate. Liv lib. 2. ab Vrb. Iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Idem lib. 4. ab Vrb. Macte virtute Servili esto, Libertata Repub. ¶ Ponitur aliquādo adverbii significatione. Plaut. in Mil. Is amabat meretricem macte Athenis Atticis: id est, valde: -vehementer, & quantum poterat amabat.

Măcŭla, læ, f. p. Sordes sive labes, nota, ignominia, infamia. [חברורה *chabarburāh.* κηλὶς, στίγμα. Gall. *Tache, macule.* Ital. *Macchia.* Ger. Ein macke/ein masen oder fleck. Hisp. *Mancha è mancilla.* Pol. *Makula, plek, pomazanie, blak.* Vng. *Folt, szeny, makula.* Ang. *A spotte, reproche, or blemish.*] Plin. Fullones eas maculas è vestibus tollunt. Virg. 3 Georg. -ne maculis infuscet vellera pullis Nascentum. Lucentes maculæ, Stat. 1. Syl. Cic. Cujus ut adolescētiæ maculas, ignominiasq; præteream. ¶ Quandoque pro retis foramine, seu plaga ponitur. Idem in Verr. act. 7. Rericulum ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ. Varro lib. 2. pro teti posuit: Septum totum grandibus maculis integitur, ne eò involare aquila possit, neve ex ea evolare aves. ¶ Maculæ item in corpore dicuntur, colorum varietates, à reliquo corporis colore differētes. Plautus in Captivis: Vidén' tu illi maculari corpus intùs maculis luridis? Atra bilis agitat hominē. ¶ Marmora itē variegata maculis, picta dicuntur. Seneca Epist. 116: Delectant nos ingentium maculæ columnarum. ¶ Eleganter dicimus, Delere maculam. Cicero pro lege Man. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Eluere maculam Cic. pro Sest. Quoniam illa in Repub. ejus macula regni publicam maneret, quam nemo jam posset eluere. ¶ Inurere maculam. Cic. in Salust. Nonne tibi videret æternas inurere maculas, quas reliqua vita eluere non possit? ¶ Afficere macula. Cic. pro Rosc. Com. Legationis ipsius cæremoniam polluere maculaq; affecerit. Id est, maculam imposuerit.

Măcŭlōsus, a, um, Sordidus, immundus, plenus maculis, notatus. [בקוד *nakūdh* נוקד *nakōd* נמד *tamé. Jesaiæ 1.* Gall. *Plein de taches & macules, tacheté.* Ital. *Macchiato, taccato, sporco.* German. Mistechtig/wüst. Hispan. *Manchado, manzillado.* Polon. *Pomazany, pstry, makuly.* Vngar. *Foltos, szennyes, marokos.* Ang. *Spotted here and there, full of spottes.*] Plaut. Sordida & maculosa facie. Cic. 2. Phil. Auctionis verò miserabilis aspectus: -sordida & maculosa. Maculosus, notis cellis Pompeii non multa, eaque maculosa. Maculosus homo, per translationem dicitur immundus & impurus. Cicero ad Att. libro 1: Non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit maculosi senatores, nudi equites, &c. Tacit. lib. 13: Avaritia & libidine fœdus, & maculosus. Horat. 4 Carm. Ode 5: -crimine, & lex maculosum edomuit nefas.

Măcŭlo, āre, act. p. Fœdo, turpo, conspurco, inquino. [טנף *tinnāf* נמד *tamé. Jesaiæ 1.* Gall. *Maculer, tacher, souiller.* Ital. *Macchiare, sporcare.* German. Befleckn/vermasgen/verunreinigen.

Hisp. *Manchar ò manzillar, ensuziar.* Pol. *Pomazanie, splamy.* Vng. *Beszennyezem, mocskolom.* An. *To defile, to spotte.*] Plaut. in Capt. Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Virg. 3. Aeneid. Et terram tabo maculāt. Ovid. 7. Metam. -exiguo maculavit sanguine ferrum. Virg. 10. Aen. transtrē: Idem ego nāte tuum maculavi crimine nomen. Pulsus ob invidiam solio sceptrisq; paternis. Cic pro Mil. Tuq; ex tuo edito monte Latialis sancte Iupiter, cujus ille lacus, nemora, fines q; sæpè omni nefario stupro & scelere maculārat. ¶ Hinc Commaculo, las, & Immaculatus, qui est sine macula.

Măcŭlātĭo, f. t. [*μίανσις, μιάλυσις.* Vngar. *Be rutsitas otsmanyitas.*] Iulius Firmicus Matheseos lib. 1: Vir omni infamia maculatione neque pollutus.

Mădĕo, es, ŭi, f. Madidus sum, & humore aliquo conspersus. [בשפף *nisfchāph* שפף *schuttāph* רוה *ravāh* רסב *ratāb. Βέβρεγμαι.* Gall. *Estre trempé ou mouillé, estre moulle.* Ital. *Essere humido, bagnato, molle.* Ger. Feucht vñ nass sein. Belg. Nat ost nochtich sijn. Hisp. *Mojarse.* Pol. *Pomokrzenim.* Vng *Nedues vagyok.* Ang. *To be wett or moiste.*] Plin. lib. 8. cap. 25: Tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis: præterquam si humore madeat. ¶ Madere metu, est præ timore, sudore aspersum esse. Plautus in Mostel. Hei mihi quum istæc blanda dicta, quò eveniant, cogito, madeo, metu. ¶ Madere vino, est ebrium esse. Martial. lib. 11: Hic totus volo rideat libellus, Et sit nequior omnibus libellis, Qui vino madeat, nec erubescat. Ovid. 13. Metam. -arripit ensem: Hoc ait utendum est in me mihi: quique cruore Sæpè Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit. Idem 1 Fastor. Spartaque cœlesti rore madebit humus. Idem 3. Trist. Eleg. 5: Oraque madens fletus, pallidiusque meo.

Mădĕsco, scis, Habet significationem passivam innatam, idemque ferè est quod madidum fieri, humescere, sive humectari. [משפף *nisfchāph* שפף *schuttāph* רוה *ravāh* רסב *ratāb. Ὑγραίνομαι.* Gall. *Estre mouille.* Ital. *Essere bagnato.* German. Nass werden. Belg. Nat worden. Hisp. *Mojarse, fermojado.* Pol. *Mokrzeie.* Vng. *Nedueszöw lök.* Ang. *To be wett or moiste.*] Columel. lib. 11. cap. 3: Hæc enim res efficit, ut in coctura celeriùs madescat, & viridem colorem sine nitro conservet. ¶ Aliqui hoc discriminis constituunt inter Madescere & Madefieri, Madescere nos sudore, vel alto humore ex nobis proveniente: Madefieri humore extrinsecùs veniente. Sed hoc non est omnino verum. Columel. lib. 7: Stabuletur sicco loco, ne humore maderum. Columel. lib. 7: Hinc componitur Permadesco, quod est valde madidus fio. Διάβρεχομαι, διανοτίζομαι. Idem libro 2: In id tempus convenit inter peritos rei rusticæ, non esse arandum, nisi si magnis (ut fit nonnunquam) subitaneis imbribus, quasi hybernis pluviis terra permaduerit.

Mădĕfăcio, cis, act. 3. Madidum facio, humore aspergo. [שפף *schuttāph* רוה *ravāh. διαβρέχω, διαγάινω, βρέχω.* Gall. *Ramollir, mouiller, tremper.* Ital. *Bagnare, immolare, inhumidire.* Ger. Nass machen/befeuchtigen/netzen. Hispan. *Mojar.* Polon. *Vmakrzam. namoczuie.* Vngar. *Meg nedueszitem.* Ang. *To make wett or moiste.*] Cic. 1. de Divin. Vaticinatum, madefactum iri minus xxx. diebus Græciam sanguine. Virg. 5. Aen. -humum viridesq; super madefecerat herbas. Colum. lib. 2. cap. 4: Quum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madefecit, inferiorem non attigit.

Mădĕfīo, habet significationem passivam, idemque est quod madidus fio, vel humore aspergor, aqua perfundor. [כשפף *nisfchāph* שפף *schuttāph* רוה *ravāh* רסב *ratāb. διαβρέχομαι.* Gall. *Se mouiller.* Ital. *Essere bagnato, essere immolato.* Germ. Nass werden. Belg. Nat worden. Hisp. *Sermojado.* Pol *Mokrzeie.* Vngar. *Meg nedueszödem.* Ang. *To be made wett or moiste.*] Suet. in Cæs. Quum vehementer. Ang. *To be made wett or moiste.*] Suet. in Cæs. Quum vehementer. Ang. *To be made wett or moiste.*] Ovid. 1. Metam. Tum quoq; ut ora Dei madida rorantia barba Contigit. Virg. 3. Aen. -madidaq; fluēs in veste Menœtes. Ovid. 2. de Arte amād. Facmadidas videat, si potes, illa genas. ¶ Ponitur aliquando pro ebrio. Plaut. in Amph. Faciam ut si madidus sobrius id est, efficiam ut videat ebrius, quum nihil biberit. ¶ Quandoq; idem quod imbutus re aliqua. Mart. Siquis Cecropiæ madidus, Latiæq; Minervæ Artibus. ¶ Hinc Semimadidus, ἡμιβρεχής, ἡμιβρεχές. Colum lib. 2: Sed quandocūq; arabitur, observabimus ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semimadidus.

Mădĭdo, das, act. p. Madidum facio. [שפף *schatāph* רוה *ravāh. ὑγραίνω.* Gall. *Mouiller.* Ital. *Bagnare, inhumidire.* German Nass machen. Hispan. *Mojar otra cosa.* Polon. *Namakrzam.* Vngar. *Meg nedueszitem.* Angl. *To mak wet: or dank.*] Claud. libro 2. de rapt.

Mădĭdŭs, a, um, Aliquo liquore respersus: cui opponit Siccus. [משפף *nisfchāph* שפף *schuttāph* רוה *ravāh* רסב *ratāb. διάβροχος.* Gall. *Humide, mouillé, molle.* Ital *Humido, molle, bagnato.* Ger. Nass. Belg. Nat. Hisp. *Mojado.* Pol. *Vmokrzony.* Vngar. *Nedues.* Ang. *Wett or moiste.*] Ovid. 1. Metam. Tum quoq; ut ora Dei madida rorantia barba Contigit. Virg. 3. Aen. -madidaq; fluēs in veste Menœtes. Ovid. 2. de Arte amād. Facmadidas videat, si potes, illa genas. ¶ Ponitur aliquando pro ebrio. Plaut. in Amph. Faciam ut si madidus sobrius id est, efficiam ut videat ebrius, quum nihil biberit. ¶ Quandoq; idem quod imbutus re aliqua. Mart. Siquis Cecropiæ madidus, Latiæq; Minervæ Artibus. ¶ Hinc Semimadidus, ἡμιβρεχής, ἡμιβρεχές. Colum lib. 2: Sed quandocūq; arabitur, observabimus ne lutosus ager tractetur, neve exiguis nimbis semimadidus.

rapt. Proserpinæ: -ille novo madidantes nectare pennas Concutit, & glebas fœcundo rore maritat.

Mădĕfăcio, as, Madefacio. [שטף רוה *sihatáph rivvâh. βρέχω, ὑγραίνω.* Gall. *Mouiller,* Ital. *Bagnare, inhumidire.* German. Nețen/naſſ machen. Hiſpan. *Mojar otra cosa.* Polon. *Mokrzyć.* Vngar. *Meg nedueſitem.* Angl. *To make wæſſt.*] Plin. lib. 38. cap. 7: Et ii contrà epiphoras ferventes oculorum anguli ſubinde madefiunt.

Mădŏr, oris, m. t Humiditas: cujus contrarium eſt Siccitas. [רי רטוב *reſchâlh. ἔρευς, ὑγρασία.* Gall. *Moiſteur, humidité.* Ital. *Humidità, bagnamento.* Ger. Neſſe oder feuchte Belg Mathert/vochtigheyt. Hiſpan. *Mojadura, humididad.* Polon. *Mokrość.* Vngar. *Nedueſſeg.* Ang. *Moiſtneſſe, dankeneſſe.*] Saluſt. lib. 3. Hiſtor. Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat ne ex latere nova mœnimenta madore infirmarentur. Nam omnia oppida ſtagnabant redundantibus cloacis adverſo æſtu maris.

Mădŭlĕ, æ, f. p. Ebrius, quòd quaſi madidus ſit vino: apud Plaut. in Pſeud. [רוה רעוי שכור *ſihichchôr. μεθύων, μεθύσιος.* Gall. *Yure, yurongne.* Ital. *Vbriaco.* Germ. Trunken/voll Weins. Hiſpan. *Borracho, embriago.* Pol. *Nabiaul, pijany.* Vng. *Reſzeg.* Ang. *Drunken.*] Feſtus legit Maduſa ſine l, his verbis: Maduſa, ebrius: à Græco μεθύσει deductum, vel quia madidus ſit vino.

Mădon, Herba eſt, quæ à Latinis Vitis, à Græcis ἀμπελόδεσμη, dicitur. Hujus farmenta longis & exilibus internodiis geniculata ſcandunt. Folia habet pampinoſa ad ſimilitudinem hederæ. Plin. lib. 23. cap. 1.

Mæmăcterĭon, μαιμακτηριών, Menſis September ita appellatus à turbido æſtu.

Mænă, mænæ, f. p. [*μαινίς.* Germ. Ein Meerfiſch/wird zu Venedig *Venola* genañt.] Ariſtoteli, Piſcis eſt marinus, qui Latinis Alecula, ſive Alec dicitur, interprete Theodoro, ex quo ſalſamenta fieri ſolent. Plin. lib. 31. cap. 7: Quin è Muria ſalſamentorum recoquitur, iterumque conſumpto liquore ad naturam ſuam redit: vulgò è mœnis jucundiſſimus. Cicero 2. de Finib. Qui enim voluptatem ipſam contemnunt, his licet dicere ſe accipenſerem mœnæ non anteponere. ¶ Accipitur autem mœna aliquandò pro ipſo ſalſamento, quod ex mœna conficitur, in qua ſignificatione uſus eſt Perſius Satyr. 3: Diſce: Neque invideas quod multa fidelia puter, In locupleti penu, defenſis pinguibus umbris. Mœnaque quod prima nondum defecerit orca.

Mænŏmĕnŏn mel, *μαινόμενον μέλι,* Genus eſt mellis venenati, quod in Ponto ex Rhododendri flore contrahitur: ita dictum ab inſania quam gignit. Plin. lib. 21. cap. 13.

Mœrĕo, Mœſtus, & Mœſtitia, Vide MOEREO.

Mœſĭus, Oſca lingua majorem ſignificat. Quare Majus menſis qui à majoribus nomen habet, apud Oſcos *Meſſius* dicebatur, ut autor eſt Feſtus apud Varr. lib. 6. de lingua Lat. Eſt pappus Mæſius: id eſt, pater major aut ſenex.

Magar, Pœnorum lingua villam ſive tuguria paſtoritia ſignificat, quæ & Magalia Virgilio dicuntur, quanvis Magaria (ſecundum Servium) dici debeant. [כרות כאות *cherôth meâth,* German. Bauernhof/Meyerhof. Polon. *Kucja.* Vngar. *Kalibа, kunnyo.*] Virgil. 1. Aencid. Miratur molem Aeneas magalia quondam.

Magăs, adis, ſive Magadium, *μαγὰς, & μαγάδιον,* Inſtrumentum eſt muſicum, tabula quadrata conſtans, leviter cõvexa, intentis in ea citharæ fidibus. ¶ Dicitur etiam ea pars lyræ in qua plectrum illiditur: id eſt, ubi percuſſio chordarum fit manu dextra. Iugum verò dicitur, ubi ſiniſtra manu chordę premuntur. Budæus.

Magja, Vide MAGVS.

Magicæ, Magicus, Vide MAGVS.

Magida, Patinæ aut catini ſpecies. Varroni eſt maſor, unde & magida nomen habet.

Magidophori, Qui agonothetas in certaminibus comitãtur, Arcadius de muneribus & honoribus l. munerum.

Maginor, aris, Quaſi tardè conor, & rugor, inquit Feſtus.

Magīris, penult. prod. [אבשו *mebaſchſchêl* אטה *aphêh. μάγειρος.* German Ein Koch. Polon. *Kuchmiſtrz.* Vngar. *Szakats.* Ang. *A cooke.*] Latinè coquus dicitur, Vnde Archimagirus, ἀρχιμάγειρος, princeps coquorum.

Măgis, idis, f. t. [משאדה *miſchtearâh. μαγὶς.* Germ. Ein mulden darinn man Brot tuht: *item,* ein Schüſſentiſch. Pol. *Dzieża.* Vngar. *Dagaſza teknob.* Ang. *A kneadding trough.*] ut ex Polluce docet Budæus. Idē eſt quod maſtra: hoc eſt vas illud in quo farinę ſubigunt. ¶ Nonnunquā etiā rotundę mēſæ genus, tripodi imponi ſolitū, ut ejuſdē Pollucis teſtimonio probat Budæus. ¶ Idē autor eſt hoc nomine etiā appellari poſſe orbiculatum inſtrumentum, quo panifices, & dulciarii piſtores, quos *pallillarios* vocamus, ſubigendis farinis opificii ſui utuntur: *Rondellum* appellant. Eſt etiam genus lancis ejuſdē formę. Plin. lib. 33. c. 11. Cornel. Nepos tradit tympana, ſe juvene, appellata ſtateras & lances, quas antiqui *Magidas* appellaverūt, *Patellā* noſtri vocāt.

Măgis, adverbium, Plus: [יתר *jether. μᾶλλον, ὑπερβολὴν, ὑπερθέσιν.* Gall. *Plus, d'auantage.* Ital. *Più.* Ger. & Belg. Mehr. Hiſp. *Mas en comparativo.* Pol. *Więcej.* Vng *Inkab.* Ang. *More.* Unde Magis ac magis, *ὑπερμᾶλλον, ὑπερβολὴν.* deducitur, à Magnus: & præter naturā aliorum adverbiorū quæ vim cõparandi habent, terminatur in is, quū reliqua omnia ſimilia ſint adverbio comparãdi neutri generis, ¶ jungitur interdum comparativo. Plaut. in Stic. Imò enim hic magis eſt dulcius. ¶ Mage ponitur interdū pro magis. Plaut. in Trucul. Quem ecaſtor mage amo, quàm dudum. A quo fit compoſitum Demagis, quod ſignificat valde magis & pro nimis à veteribus ponebatur, teſte Feſto.

Măgiſter, tri, m. ſ. Præceptor, pædagogus. [מורה שלמד *morêh melammedhâh* רב שלים *rab ſihalliſm. διδάσκαλος, ἡγεμών.* Gall. *Maiſtre.* Ital. & Hiſp. *Maeſtro.* Ger. Ein Meiſter. Belg *Meeſter.* Pol. *Miſtrz.* Vngar. *Meſter.* Ang. *A maiſter.*] Terent. in Andr. -nam antea Qui ſcire poſſet, aut ingenium noſcere, Dum etas, metus, magiſter prohibebant? Cic. de Amicit. Quæ diſputata ab eo meminiſſet, magiſter meus Scævola. Quamvis enim magiſtri nomē ad omnes tranſferri poſſit, quibus præcipua cura rerum incumbit. Hinc magiſtri pagorum, ſocietatis, vicorum, collegiorū dicuntur, *ἐπιστάται,* q pagis, ſocietatibus, vicis, & collegiis præſunt. ¶ Magiſter equitū, *ἱππάρχης* dictus, cui ſumma poteſtas erat in equites: vulgus Gallicum *Connetablium* appellat. Varro 4. de lingua Latin. Magiſter equitū dicebatur, quòd ſumma poteſtas eſſet in equites & Accenſos. Addebaturq; ſemper Dictatori, cui ſumma poteſtas erat in populum, à quo & magiſter populi dicebatur. Cicero 1. de Finibus: Rectiùs magiſter populi (is enim eſt Dictator) quàm Sylla, qui trium peſtiferorum vitiorum, luxuriæ, avaritiæ, crudelitatis magiſter fuit. ¶ Magiſter pecoris, paſtor. Varro 2. de Re ruſt. cap. 10: Contrà pernoctare quenque ad ſuum gregem, eſſe omnes ſub uno magiſtro pecoris, eum eſſe majorem natu potiùs quàm alios, & peritiorem quàm reliquos. ¶ Magiſter ludi, & Ludimagiſter uno verbo dicitur, Cic. 1. Verr. Si ab iſto libro, quem tibi magiſter ludi neſcio quis alienis orationibus compoſitū dedit, uno verbo diſceſſeris. Magiſter morum, cenſor. Cicero ad Appium libro 3: Eò brevior eſt hæc epiſtola, & ut adverſus magiſtrum morum modeſtior. ¶ Magiſter navis eſt, cui totius navis cura mandata eſt, ut docet Vlpian. de Exer. act. libro 1. Cicero 5. Verrin. Miſit in Siciliam literas ad Carpinatium, quum eſſet magiſter ſcripturæ, & ſex publicanorum. ¶ Magiſtri etiam dicuntur in auctionibus publicis qui bona vendebant. Cicer. ad Attic. lib. 2: Vnà agebant cæteri creditores, ut quibus erat Lucullus & Publius Scipio, & is quem putabant fore magiſtrum, ſi bona vænirent, L. Potius. Vide Caium Rhodig. Antiquar. lect. lib. 11. cap. 5.

Măgiſtră, æ, f. p. [מורה מאורה *morâh meâurâh melammedhâh* שלמדת *ſihalldeth. διδάσκαλος, ἡ διδάσκαλος, ἡγεμών.* Gall. *Maiſtreſſe* Ital. & Hiſp. *Maeſtra.* German. Ein Meiſterin. Belg *Meeſterin.* Pol. *Miſtrzyni.* Vng. *Tanto.* Angl. *A maiſtreſs, a ladie.*] Cic. 1. de Finib. Magiſtra ac dux natura. Idem pro Roſc. Amer. Vita autem hæc ruſtica, quā tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, juſtitiæ magiſtra eſt. Quintil. lib. 1. cap. 3: Certiſſima loquendi magiſtra conſuetudo. Ovid. Epiſtol. 5: Quid gravis Antenor, Priamus quid ſuadear ipſe Conſule: quicis ætas longa magiſtra fuit

Măgiſtellŭs, li, diminutivum, Parvus magiſter.

Măgiſtĕrĭum, rii, n. ſ. magiſtri dignitas ſeu officium. [שלמן משכר *ſihilchôn miſchchâr. ὀψώνιον.* Gall. *Maiſtriſe & gouuernement.* Ital. *Magiſtero.* German Ein meiſterſchafft. Hiſpan. *Dignidad del maeſtro.* Polon. *Miſtrzeſtwo.* Vngar. *Miſtersig.* Ang. *A maiſters dignitie or office, maiſtership.*] Nam magiſteria ſic à magiſtro videntur deduci quomodo à miniſtro miniſteria. Sueton. in Auguſt. Avus municipalibus magiſteriis cõterritus abundante patrimonio, tranquilliſſimè ſenuit: id eſt, magiſtratibus & muneribus municipii ſui. Cic. de Senect. Me verò & magiſteria delectant à majoribus inſtituta: & is ſermo, qui morte majorum à ſummo adhibebitur magiſtro in poculo. Plin. lib. 8. cap. 10: Inter ſe exercent etiam magiſteria.

Măgiſtro, as. [כהל רעה *nahâgh rehâh. ποιμαίνω, κυβερνάω.*] Moderor, guberno. Autore Feſto.

Măgiſtrātŭs, tus, m. q. Hi qui in poteſtate aliqua ſunt conſtituti. [אלהים שרים *elohim ſirim* זקנים *zekenim* שפטים *ſhophtim* שטרים *ſhoterim. ἄρχοντες, οἱ ἐξουσιάζοντες, οἱ ἐν τέλει, οἱ ἐν τοῖς πράγμασι, οἱ πρῶτοι ἐν πόλει.* Gall. *Magiſtrat, ou officier.* Ital. *Magiſtrato.* German Die Oberkeit: Oberen oder Oberherren. Belg Die Overheyt. Hiſpan. *El que tiene officio para regir è ammaeſtrar.* Polon. *Magiſtrat.* Vngar. *Tiſztviſelő személy.* Ang. *A magiſtrat.*] Vt ſunt Conſules, Proconſules, Prætores, Proprætores, & alii qui civitates & provincias regunt. Cic. ad Papyrium Paetum: Quem magiſtratus comprehendi & in vinculis teneri juſſerat. Idem lib. 3. de Legib. Videtis igitur hanc eſſe magiſtratus vim, ut præſit, præſcribatque recta & utilia, & conjuncta cū legibus. Vt enim magiſtratibus leges, ita populo præſunt magiſtratus: vereq; dici poteſt, magiſtratū legē eſſe loquentē: legem autē, mutum

mutum magistratum. Idem 1. de Offic. Est igitur proprium munus magistratus, intelligere se gerere personam civitatis, debereque ejus dignitatem & decus sustinere, servare leges, jura describere, & fidei suæ commissa meminisse. Atque in hac significatione veteribus etiam usitatum fuit, magistrates, ut optimates, & similia. Autor est Sosipater libro 1. ¶ Modò ipsam potestatem seu officium. [שֹׁפֵט *schiftoin* מִשְׁפָּט *mischpat. Hebr.* ἀρχὴ, τὸ ἄρχειν. *Græc.* German. Das Ampt der Oberkeit. Polon. *Vrzęd.* Vulgar. *Teut.*] Cicero: Nam istum in urbe magistratum gerebat. Idem de Amic. Vbi eos inveniemus, qui honores, magistratus, imperia, potestates, opes, amicitiæ non anteponant? ¶ Magistratuum alii majores ut Consules, Censores, Prætores. Alii præter hos dicebantur minores: ut Aediles, Quæstores, Tribuni. ¶ Venustè dicimus, Creare magistratum, Dare magistratum, Gerere magistratum, Habere magistratū, Mandare magistratū. Abire magistratu, Accipere magistratū, Venire in magistratum, Magistratum imminuere: quod est derogare juri, & prærogativis officii.

Magistratus, L. Villius tribunus pl. rogationem tulit, quot annos nati quisq; magistratum peterent caperentq; unde & ipsis & posteris cognomen inditum, ut annales Villii dicerentur. Hoc à Livio traditum: sed quoniam quis planè cuique magistratui petendo legitimus annus esset nominatim, hac lege expressum nō invenio: quid ipse legēdo observavetim, breviter subjectam. Omitto quæsturam, tribunatum pl. ædilitatem pl. quia curules tantùm magistratus in lege Villia nominatos existimo: nam si quæsturæ (de tribus non curulibus magistratibus, exempli gratia unā ponam) certum annum Villius sua lege statuisset: unde postea tam incerta ratio: gesserunt enim quæsturā duo Gracchi, Tiberius & Cajus anno ætatis XXVII: M. Cicero anno XXXI, C. Cæsar, is qui perpetuam dictaturam invasit XXXIII. M. Cato Vticensis XXIX. Quòd si quis dixerit, liberā fuisse, quo quis anno vellet, quæsturæ petitionē, modò peteretur post annū XXVI. qui esset ad petendum legitimus, ideo minū videri non debere, Cicero, Cæsar & Cato non eodem omnes anno petierint: quando quidē satis duxerint leges observare, quę petendę quęsturę annū definiebant XXVI: gerendę XXVII. hoc si quis objecerit, ad conjecturā: id est, ad rationē ipsam confugiam. Quid enim? simile ēne veri est, C. Cæsarem (omitto Ciceronē: cui tamen, quū homo novus esset, laborandum maximè fuit de dignitate, nec, quę prima darentur, occasio negligenda) sed C. Cęsarē, quo nemo magis honores appetivit, nemo potestatis & imperii fuit avidior, eū ne verisimile est petitionē quęsturę anno XXVI. si is legitimus esset, in annum XXXII. distulisse? verūm habeo quò nitar aliud paulò firmius argumentū: video enim Pompeium magnū, quū annū ageret XXXV. consulatum gessisse solutum videlicet legibus, meritorū ingentium in Rempub. eximiæq; virtutis ergo: at eo anno magistratum per leges capi nullū potuisse. Cicero demōstrat in ea oratione, qua rogationē Manilium suasit. Quomodo igitur dicet aliquis, Cicero ipse, & Cæsar, & Cato quæsturam ante annū XXXV. ceperunt? Nam obscurū est, leges loqui de curulibus tantùm honoribus, ędilitate, prętura, consulatu: quæsturæ autem ędilitatis pl. tribunatus pl. rationem habuisse nullā. Sed recitentur verba Ciceronis? Quid, *inquit*, tām singulare quàm ut ex S. C. legibus solutus, consul ante fieret, quàm ullū alium magistratum per leges capere licuisset? Dicit ullū alium magistratū: quòd si de quęstura leges locutę sunt, falsum est, quū ut ostendi, quęsturā multi gesserint ante annū XXXV. quo anno gestum esse primùm à Pompeio consulatū, quem Cicero significat: tum ex Appiano constat, tum ex Velleii historia, in qua scriptum est, pervenisse Pompeium Cæsare & Servilio Consulibus anno ætatis suę LVIII. à quo anno si retrorsum numeres, cadet primus ejus consulatus in annū ejus ætatis XXXV. ut tamē ita supputes, nō simul cum anno ætatis Pompeii finisse consulatum: sed quum ille jam annū esset ingressus XXXVI. ita cū fastis Capitolinis, & cum Appiano Velleii congruet historia. Nam quod ait Plutarch. anno LIX. interisse Pompeiū, id quoq; potest esse verū, hoc modo, ut primū ejus ętatis annū capiamus C. Attilio, Q. Servilio cos. quo anno Pompeiū esse natū, Velleius affirmat: tametsi, cùm ait ipse Pomp. periisse anno LVIII. non incipit numerare ab eo anno, sed à proximo sequēti, quòd scilicet nō ita multò ante exitum Consulatus Attilii & Servilii natus esset Pomp. & exiguū illud spatium in annorū numero videretur omittendū. Constat igitur legē Villiam nihil de iis honoribus sanxisse, qui caperētur ante eum annū, quo Pompeius primū cōsul fuit, sive eum velis esse XXXV. sive malis XXXVI: nam ædilitatis curulis annus erat XXXVII. cujus rei argumentū est, quòd eā petiit Scipio Aemilianus XXXVI. & solutus legibus, consul factus est: annū ponò fuisse ejus ætatis XXXVI. Velleius demonstrat his verbis: Decessit M. Aquilio, C. Sempronio cos. anno fermè LVI. de quo si quis ambiget, recurrat ad priorē consulatū ejus, in quē creatus est anno XXXVI. ita dubitare desinet: ut omittā, quòd cùm ædilitas præturam biennio antecedat: & Prætura item biennio consulātū: consulatus aūt geratur anno XLIII. quod paulò pōst ostendemus: necesse est ut gerendę ædilitati legitimus annus sit XXXVII. Nūc agamus, quādo latis de ædilitate dictū est, de anno prætura: at hoc, ti de ædilitate cōceditur, in dubium vocari nō potest: geritur enim ædilitas anno XXXVII. sequitur post biennū prętura: quod indicāt & multorum exempla, & illa maximè verba Ciceronis in epistola ad Furnium: Si ædilis fuisses, post biennū tuus annus esset: ergo geritur prętura anno XL. Nec de consulatu difficilis probatio est: percurrātur fasti: neminē invenier, nisi prętura biennio, factem ante gesta, consulē fuisse. Est igitur annus cōsulatus quadragesimus tertius. Accedit Ciceronis testimonii in oratione quinta in Antonium: in qua sunt hęc: Quid Macedo Alexander? cū ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonum et tertio & trigesimo anno mortē obiit: quæ est ætas nostris legib. X. annis minor, quàm cōsularis. Hāc, opinor, legē Dio significat, cùm ait lib. XXXIX: Consules in senatu sententiā dixerūt, ut ei prætura daretur, licet nondū per leges liceret: quo ipso effūt, ut ei prætura daret, licet nondū per leges liceret: quo ipso efficerūt, ut ei prætura extra ordinē daretur: & Valerius lib. III. quū inquit Cato Cypriacam pecuniā maxima cū diligētia in urbē deportaverat: cujus ministerii gratia senatus relationē interponi jubebat, ut prętoriis comitiis extra ordinē ratio ejus haberetur: sed ipse id fieri passus nō est, iniquū esse affirmans, quod nulli alii tribueretur, id sibi decerni. Quanquā est quiddā hac in re cur magnopere dubitem: nam cū eo sit anno decretum, quo Marcellinus & Philippus consulatū gesserunt, certē per ætatē potuit Cato petere prætūram: tribunus enim pl. ante annos quinq; Silano & Muręna Cos. fuerat: prętura verò quadriennio tantùm à tribunatu distat: eoq; magis liquet, potuisse Catonē Marcellino & Philippo cos. petere prætūrā, quòd anno sequēti, Pompeio & Crasso cos. petiit, nō ut designaretur, sed ut creatus magistratū statim iniret, quòd anno proximo superiore habita comitia nulla fuerāt: adeoq; consules Pompeius & Crassus ex interregno facti sunt: qui deinde Prætores creārunt: quòd igitur ob domesticas discordias Marcellino & Philippo cos. producta in annū sequentē comitia sunt, propterea Cato nō petiit eo anno: petiit autē sequenti, cōsulibus, ut dixi, Pompeio & Crasso, creatis. Quare etiamsi Plutarchus dixerit, Licet nondū per leges liceret: videndum tamē est, an Senatus potiūs decreverit, ut omninò Cato Prætor crearetur, neque à populo suffragiis penderet, quorū dubius esset eventus: quam sententiā illa quoq; videtur cōfirmare Valerii verba: Catonem experiri temeritatē, quàm curiæ beneficio uti, tutius esse duxit. Verūm paulò altiùs repetamus, quò pateat illustrius hęc tota cognitio: prima fuit, ut opinor, lex de magistratibus, ut de senatu: id est, de patritiis familiis omnes magistratus crearētur: idq; à Romulo institutū, reliqui deinde reges observārunt. Sanxit enim Romulus, quod ait Dionys. lib. II. ut patritii sacra curarēt, magistratus gererēt, jus dicerēt, plebem, quæ rudes inopesq; essent, agros colerēt, quæstuariisq; artibus operam darent: temperamentū illud tamē, quo civitatū cōcordia est, salus ipsa custodit, maximè quæsivit: nam nemini in ordinē patricium videretur esse propensus, datū aliquid populo voluit: &, ut is suis suffragiis magistratus crearet, legem tulit. Regib. pulsis esse, bella decerneret, curiātis comitiis tulit. Regib. pulsis consul P. Valerius Bruti collega, duas leges tulit, quib. plena potestas aucta, senatus & magistratuū imminuta: primùm magistratū nemo caperet, nisi qui à populo imperium accepisset: si quis aliter fecisset, capitali pœna puniretur: quicunq; cum cidisset, ei impune esset: deinde, ut adversus magistratū provocatio ad populū esset: nēve qs magistratus civē Romanū adversus provocationē verberare, aut necare vellet: quā legem curiatis comitiis esse latā Valer. tradidit lib. III. De plebe magistratibus in sacro monte primùm lata lex est. quare de Sacratæ nomen accepit, ut plebi quæ patritiorum in nuda quodā modo pateret, sui magistratus essent, tuq; sanctī: quibus auxilii latio adversus cōsules esset: trum capere cū magistratum liceret: qua lege tribuni pl. que primi creati sunt. Plebei autē magistratus curiatis primis facti comitiis. Postea, tributis ut fierent, lege tribunitia, Publius & Lætorius tulerunt, cautū est. Sed magistratū no nullum ei gerere licebat, cujus pater in hostium potestate esset: quod ex Livio colligitur. Is enim lib. XXVII. Servilium *inquit*, negabant, jure aut tribun. pl. fuisse, aut ædilē esse, quod patrē ejus, quē tertium virum agrarium occisum à Boiis circa Mutinā esse, opinio per X annos fuerat, vivere, atq; in hostium potestate esse, satis constabat. & lib. XXX. de eodem: Latum ad populum eū, ne Cn. Servilio fraudi esset, quòd pater, cum curuli sella sedisset vivo, quum id ignoraret, trib. pl. atque ædilis pl. fuisset contrà quàm legibus sancitū erat. Verum, quia tis constat, plebeios magistratus fuisse, trib. pl. ædilitatem Patritios autem, ædilitatem curulem, prætūram, consulatum primūm

primùm illum sciendum, plebeios magistratus appellatos, qui ab initio plebis causa sunt institutos: patritios item, qui patritiorum: deinde totâ hanc gerendorum magistratuũ ratione paulatim esse permixtam, atq; cõmutatam: nam plebi cui tantùm plebeii magistratus patuerant, post etiam ad patricios omnes aditus fuit, nec ramen mutatum est nomẽ: sed patricii semper magistratus dicti, qui primis temporibus patritiorum causa facti, postea cõmunicati cum plebe sunt. Plebeios tamẽ magistratus patritii homines non gessere: quia credo, contra dignitatem ducerent, quum majora consequi possent, minora persequi. Generale illud fuit, ne is qui comitiis præesset, sui rationem in petendo magistratu haberet: idque lege vetitum significat Livius lib. x: Etiam ne quis magistratum absens peteret, legem tulit Pompeius Magnus in tertio cõsulatu: in qua cùm neminem excepisset, mox locen fuit C. Cæsaris recordatus, lege jam in æs incisa, & in ærarium condita, correxit errorem, uno Cæsare excepto, quod à Tranquillo proditum legimus. Ex libro Pauli Manutii de legibus Romanis.

Mãgmãtĭ, pen. cor. n. t. [μάγμα. German. Das dick sovberbleibt/nachdem etwas außgetruckt ist.] Pastilli & massæ factæ ex unguentorum faecibus odoris gratia: ἀπὸ τῦ μάσσειν, quod est terere & miscere, & in massam redigere. Plin. lib. 13. cap. 2: Siccis odoribus constant: quæ diapasmata vocantur: nam succes unguenti Magmata appellant. [Polon. *Perfumi.*]

Mãgmĕntum, inquit Festus, veteres dixerunt, quasi majus augmentum. Varro de hac voce ita lib. 4. de lingua Latina: Magmentum, μάγμα, à magis, quod ad regionem magis pertinet. Itaq; propter hoc montana fana cõstituta certis locis quo id imponeretur mactẽ: Erat autem daps quę profanabatur Iano Sylvano, Marti, Iovi dapali, &c. Meminit Arnob. lib. 2.

Magnanimus, Magnanimitas, vide MAGNVS.

Magnalia, lium, n. t. μεγαλεῖα, sicut ingenia facta, & admiratione digna. Vox est Bibliis tantùm & Theologis, aut parùm Latinis usurpata.

Magnarĭus, m. i. [μεγαλέμπορος. Gall. *Qui a grand maniement d'affaires, grand negotiateur.* Ital. *Che ha gran maneggio.* German. Ein grosser Gewerbsmañ / der mit grossen kauffmanschafften umbgehet/ ein Kauffherr. Hispan. *Grande negociador.* Polon. *Kupiec wielki.* Vngar. *Arrot ember.* Angl. *That hath many affaires and business.*] Apud Apulcium, pro magno negotiatore ponitur, à negotiorum magnitudine, tanquam clarus in obeundis magnis mercaturis.

Magnātes, penult. product. m. t. [חורים *chorim* שרים *sarim* סגנים *sighanim* רוזנים *rozenim*. μεγιστᾶνες. Gal. *Nobles, puissans, les grands.* Ital. *Nobili, potenti.* Germ. Die grossgeachteten/ fornehmen. Hispan. *Los grandes en dignidad, y nobles.* Pol. *Wielcy panowie.* Vng. *Fõemberek.* Ang. *Noblemen.*] Dicuntur nobiliores, & potentiores, quorum magna est potentia, & autoritas.

Magnēs, etis, m. t. [μάγνης λίθος. Gal. *Vne pierre qu'on appelle aimant.* Ital. *Calamita pietra.* German. Ein Magnet/ ist ein stein dieser art daß er eysen an sich zeucht. Hispan. *La piedra y mancebo del hierro.* Polon. *Magnes Kamien, ktorego zelazo czyagnie.* Vngar. *Magnes kõ, akit az vasat hozza vonza.* Ang. *The loadstone, that hath properties to draw iron to it.*] Generis masculini, Genus lapidis, ad se ferrum attrahentis. Plinius libro 36. cap. 16. Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit, & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide: domitrix illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque ut propiùs venit, assistit, tenetur̃que, & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heracleon. Magnes appellatus est ab inventore, ut ex Nicandri sententia tradit Plinius libro 36. cap. 16, qui cùm pecus pascens, pedem fortè haberet ferratum, & crepidas ferreis clavis compactas, animadvertit lapidem hunc ferro adhærescere. Alii à Magnesia dictum volunt Lydiæ regiuncula, in qua lapidem hunc primùm volunt esse inventum circa Heracliam urbem: unde & Heracleon appellarunt. In qua sententia est Lucret. lib. 6. ubi sic scribit: Quod superest, agere incipiã, quo fœdere fiat Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere possit, Quem magneta vocant patrio de nomine Graii, Magnetum quia sit patriis in finibus ortus. Cic. 1. de Divin. Vt ũ Magnetem lapidem esse dicam, qui ferrum ad se alliciat & trahat: at rationem cur ita sit, afferre nequeam.

Mãgnētĭcus, a. um, Claud. De magnete: Venerem magnetica gemma figurat.

Magnētes, tum. [μεγιστᾶνες. Gall. *Senateurs.* Ital. *Senatori.* Ger. Rhatsherren/ Regenten. Hispan. *Senadores.* Pol. *Senator, przel ezmi pan.* Vng. *Tanacsbeliek.* Ang. *Senatours, shireffes.*] Apud Macedones erant, qui apud nos *Senatores* dicuntur, sive *principes & capita urbis*: unde & summum magistratum vocant *Magnetarchen*, teste Livio lib. 5. bel. Maced.

Mĭgnus, a, um, Grandis, arduus. [רב *ghadhôl* רב *rab, ubique.* Gall. *Grand.* Ital. & Hisp. *Grande.* Germ. Groß. Belg. Groot. Polon. *Wielki.* Vng. *Nagy.* Ang. *Great.*] Comparativum est Major, superlativũ Maximus. Virg. 1. Georg. Heu magnũ alterius frustra spectabis acervum. Idem 2. Aeneid. Tum magnum exitium (quod dii prius omen in ipsum Convertant) Priami imperio, Phrygibusque futurum. Cic. in Orat. Magnam opus & arduum Brute conamur. Idem 1. de Orat. Studio amare, otio ac facultate discendi majore & maturiore, & labore atq; industria superiore. Ovid. 13. Metam. quæritur illis, Quem mihi major honos. Cic. Quint. Frat. lib. 2: Eum tibi commendo majorem in modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum. Idem de Amic. Sed hi ne comparentur Catoni maximo & spectato viro. Ovid. ad Liv. Maximus ille armis maximus ille toga. ¶ Major, ad annos relatum, pro longiore ævo. Terent. Eunuch. Vt cùm illa si vivit, annos nata est sedecim, Non major. Mart. libro 9. major erat mensibus illa tribus. ¶ Magnõ natu. Liv. 5. ab Vrbe: Consurgit P. Scaptius de plebe magno natu. Idem 6. bell. Pun. Inter hæc è media turba obsidum mulier magno natu, Mandonis uxor, &c. ¶ Major natu. Cicero 1. Tusculan. Anno ante natum Ennium, qui fuit major natu quàm Plautus & Nævius. ¶ Maximus natu. Liv. 1. bell. Pun. Ita enim maximus natu ex iis in consilio rem pendit. ¶ Magnum facere: id est, magnum aliquid præstare. Horat. 1. Serm. Satyr. 10: At magnum fecit, quòd verbis Græca Latinis Miscuit. Cic. 1. Acad. Magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum & simplex bonum: hoc est, magni laboris, vel magnæ utilitatis. ¶ Quod majus est. Cic. de Amicit. Quod si tãta vis probitatis est, ut eam vel in eis, quos nunquã vidimus, vel (quod majus est) in hoste etiam diligamus. ¶ Cõcipere majora animo. Ovid. 15. Metam. Viribus majora nostris. Virg. 10. Aeneid. Major morbus, qui & comitialis dicitur. Celsi. lib. 3. cap. 23: Inter notissimos morbos est etiã is, qui comitialis, vel major nominatur. ¶ Magno, Absolutè, pro magno pretio. μεγάλου, Apul. Me deniq; pauperculus quidam horrelanus comparat quinquaginta nummis, sed magno æstimabat. Var. lib. 3. de Re rust. Piscinæ ædificantur magno. Virg. 2. Aen. Hoc Itacus velit, & magno mercentur Atridæ. Cic. 3. Verr. Quæ ut ais, magno vendidisti. Ejusdẽ significationis est genitivus Magni, verbis æstimationẽ importantibus junctus. Cic. Cæs. lib. 15: Magni erunt mihi literæ tuæ. Id est, habebo eas in pretio. Plin. Epist. 2. lib. 3: Itaque magni æstimo, dignitati ejus aliquid astruere. ¶ Magnũ, Pro valde. μεγα. Plaut. Mil. Eho an dominus Sceledrus intus? I. V C. Nõ nato quidẽ nam eo magnũ clamat, tetigit calicẽ. Idem Mostel. Atq; ille exclamat dispertẽ maximum. ¶ Optimus maximus, non solùm de Deo dicitur, sed etiam de fundo, agro, domo, & aliis. Cel. in l. Quum vendere ff. de contrah. empt. Quum venderes fundum non dixi Vt optimus maximusq; est: verum est quod Qu. Mutio placebat, non liberũ, sed qualis esset, fundum præstari oportet. Pontifex Maximus, qui primus in Pontificum collegium venerit, qui omnem sacrorum potestatem, & cæteros sacerdotes sibi subjectos habebat. Minores aũt post illũ reliqui, & Minimus, qui adoptatus erat postremus. ¶ Maximæ dignationis: Flamẽ (inquit Festus) Dialis est inter quindecim Flamines: & quòd cæteri discrimina majestatis suæ habeant, minimi habent. Pomonalis: quod Pomona levissimo fructu agrorũ præsideat: hoc est, pomis. Majores Flamines appellabantur patritii generis: Minores, plebeii. ¶ Maximus Curio, cujus autoritate Curiæ omnesq; curiones regũtur. ¶ Maximi annales appellabantur, nõ magnitudine, sed q̃ eos Pontifex maximus cõscribere. ¶ Majorẽ Consulẽ L. Cæsar apud Festũ putabat dici, vel eũ penes quem fasces sint, vel eũ qui prior creatus sit. Prætorẽ aũt majorẽ, urbanũ minores, cæteros. Maximũ Prætorẽ putãt dici alio cũ, qui maximi imperii sit: alii, qui ætatis maximę in collegio: quòd in salutis augurio Prætores majores & minores appellãtur, nõ ad ætatẽ, sed ad vim imperii pertinere. ¶ Magnũ annũ dicũt mathematici, quo septẽ errantia expletis propriis cursibus in eundẽ locũ redeũt, sive ad idem punctũ reverũtur. ¶ Maximã hostiam ovilli pecoris appellabãt, nõ ab amplitudine corporis, sed ab animo placidiore. ¶ Maxima mulcta, antiquitus erat boum viginti & duarũ ovium, μεγίστη ζημία, Sed quòd in fraudẽ mulctæ dictæ solverentur boves ovesq; parvi pretii, idcirco cõstituti sunt postea in singulas oves deni æris, in boves verò æris centeni. Erat itaque mulcta maxima trium millium & viginti æris: hoc est, trecentarum & duarum drachmarum. ¶ Magnum socerum, appellat vir uxoris suæ avum. Magnam socrum, vir uxoris suæ aviam. Major socer uxoris meæ proavus. Major socrus, uxoris meæ proavia. Major patruus, avi & aviæ patruus. Major amita, avi & aviæ amita. Major avunculus, avi & aviæ avunculus. Major magistratus, Consul dicitur. Hæc Festus.

Majorẽs, m. t. [אבות *abôth*. πρόγονοι, προπάτορες, προπάτωρ, οἱ πάνυ ἐξ τοῦ γένους. Gall. *Les ancestres.* Ital. *Gli altri nostri antecessori.* German. Die Voreltern/ oder Altvordern. Belg. Voorouders. Hispan. *Los padres subiendo arriba.* Pol. *Przodkowie.* Vng. *Elyok, atyaink.* Ang. *Forefathers.*] Intelligi possunt quicunq; avi, abavi, proavi, atavi, tritavi, & ante hos in infinitum: sicut Minores qui

quî etiam post trinepotes futuri sunt. Declamat. in Salust. Ego meis majoribus virtute præluxi, ut si priùs noti non fuerint, à me accipiant initium memoriæ suæ. Cæsar 4. bell. Gall. Quod Germanorum cõsuetudo hæc sit à majoribus tradita, quicunque bellum, &c. ¶ Accipiuntur etiam Majores indifferẽter pro omnibus qui ante nos fuerũt; quemadmodũ Minores pro posteris: utrumq; his duobus nominibus in duabus hisce significationibus, tantùm in numero plurali.

Măgnănĭmis, mi, m. f. [אדיר *addir, μεγαλόψυχος, μεγαλόψυχος.* Gall. *Courageux, magnanime.* Ital. *Magnanimo.* Ger. Großmütig/ eines dapfferen gemüts. Bel. *Hochmoedich.* Hisp. *De grande animo, magnanimo.* Pol. *Spanial ego vmiłu, wielgies miłi.* Vn. *Nohy elmeimagnanimo.* Ang. *Stout, of a lofiie harte.*] Qui magni est animi. Cic. 1. Offic. Itaq; viros fortes, & magnanimos, eosdem bonos, & simplices, veritatis amicos, manimeq; fallaces esse volumus. Ovid 3. Trist. Eleg. 3: Corpora magnanimo satis est profitrare leoni. Idem 12. Metam. Néve ea magnanimosque duces, totiúsque ex ordine gentis. Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

Măgnănĭmĭtās, ātis, f. r. Fortitudo, animi elatio. [אדיר *ghaain.* μεγαλόψυχος. Gal. *Magnanimité, grãd cœur & courage.* Ital. *Magnanimità.* Ger. Großmütigkeit. Bel. *Hochmoedicheit.* Hisp. *Grandeza de animo, magnanimidad.* Po. *Wielkoś zmysłu.* Vn. *Nator nyn, nagy elme.* Ang. *Valiauntnesse of heart, & courage.*] Sic definit Spensippus: Magnanimitas est moderatus contingentium usus, urbanã cum hominibus conversatio, magnificentia cum ratione. Cicero 1. Offic. Nam quum omnis honestas manet à partibus quatuor, quarum una sit cognitionis: altera communitatis: tertia magnanimitatis, &c. Plin. lib. 7. cap. 25: Idem magnanimitatis præbuit exemplum, cui cõparari non possit aliud, &c.

Măgnĭfĭcus, a, um, Liberalis, splendidus. [אדיר *addir, μεγαλόψυχος.* Gal. *Magnifique, honorable.* Ital. *Magnifico, splendido.* Ger. Großdetig/herrlich/prachtig. Bel. *Groodadich/heerlyck.* Hisp. *Cosa magnifica y liberal.* Pol. *Wielmożni.* Vng. *Nagyságos.* Ang. *Magnifick, that doth great actes, sumptuous.*] Qui magnis in rebus pro dignitate, in ludis, in rebus diis sacris, in ædificiis, in epulo publico sumptũ facit. Plaut. Asinar. Extemplò facio facetum me, atque magnificum virũ, Dico me esse atticensem. Terent. Heavt. Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis. Cic. 1. Offic. Delectant etiam magnifici apparatus, vitæq; cultus cum elegãtia & copia. Magnifica verba. Terent. Eunuch. Vrbes magnificæ, Ovid. 2. de Pont. Magnifica domus, Plin. lib. 17. cap. 1. ¶ A' Magnificus fit comparativus Magnificentior, & superlat. Magnificentissimus. Cicero 2. de Finib. Ad altiora quædam & magnificentiora, mihi crede Torquate, nati sumus. Idem 2. Offic. L. Crassus Q. Mutio magnificentissima ædilitate functus est.

Măgnĭfĭcentĭa, æ. f. p. Est (ut inquit Cicero 2. de Invent.) rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione agitatio, atque administratio. [אדיר *ghedhullah μεγαλοπρέπεια.* Gal. *Magnificence.* Ital. *Magnificenza.* Ger. Großthätigkeit/pracht. Hisp. *Magnificencia, grandeza de animo.* Pol. *Wielmożność.* Vng. *Nagyság.* Ang. *The doing or achieuing of great things, noble and sumptuous prouision.*] Idem de Amic. Nec metiamur eam, ut quidam indocti, verborum magnificentia. Idem contra Rullum: Hoc vis est liberi populi: vix vestrorum amicorum magnificentiæ. Quint. lib. 4. c. 2: His tribus narrandi virtutibus adjiciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρέπειαν vocant.

Măgnĭfĭcē, adverbium, Lautè, honorificè, liberaliter, splendidè. [μεγαλοπρεπῶς. Gall. *Magnifiquement.* Ital. & Hisp. *Magnificamente.* Ger. Herrlich/prachtiglich. Po. *Wielmożnie.* Vng. *Nagyságosan, fi módra.* Ang. *Noblie, sumptuously.*] Terentius in Adelph. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin superet tua. Brutus ad Cicer. Iuvat enim magnificè loqui: & certè decet adversus ignorantes. Plinius libro 13. cap. 7: Siccæ fici stomachum lædũt, gutturi & faucibus magnificè utiles. Cic. 1. Offic. Hæc præscripta servantem licet graviter, magnificè, animosèque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ hominum amicè. ¶ Magnificiùs Cato, pro Magnificentiùs dixit, servata rectâ formatione à positivo magnificè. Vide Festum.

Măgnĭfĭco, as, act. p. Extollo, exalto. [רומם רומם *hegdil, μεγαλύνω.* Gall. *Magnifier, exteller.* Ital. *Essaltare, magnificare.* Ger. Groß machen/ erheben. Bel. *Groot maken/verheffen.* Hisp. *Engrãdecer.* Po. *Wielbić.* Vng. *Fel magasztalom.* Ang. *To magnifie, to praise or extoll.*] Plin. lib. 28. cap. 16: Magnificant & vituli, qui nondum herbam gustaverit, simum. Plin. lib. 17. c. 9: Archesilaum quoq; magnificat Varro. Plaut. Men. Te unum ex omnibus Venus voluit me magnificare.

Măgnĭfĭcŏr, f. t. [μεγαλύνομαι. Vn. *Fel magasztalódik.*] Macrob. Saturn. lib. 5. c. 13: Hinc diversarum inter heroas suos personarum varia magnificatio.

Măgnĭlŏquŭs, Qui magna loquitur, [μεγαλόφωνος. Gal. *Qui parle d'vn haut stile, beau & magnifique parleur.* Ital. *Che parla cose grandi.* Ger. Der grosse ding redet oder rümet/ prachtig in der red. Hisp. *El que habla grandezas.* Pol. *Mowiący wyrzecze wielkie.* Vng. *Fennyen szóllo, nagy dolgokrol beszéllő.* An. *That speaketh with an high style.*] Martial. lib. 2: Candida *κοινὰ Ὀδύσσεως*, hæc sunt tua, Candide *μοιχεύεις*, Quæ tu magniloquus nocte diéq; sonas. Tacitus in vita Agricolæ: Atque illi modò cauti ac sapientes prõpti post eventum, ac magniloqui erant.

Măgnĭlŏquentĭă, f. p. [μεγαλοῤῥημοσύνη. Gall. *Parole en style de haut apparil, magnifique & hautaine parole.* Ital. *Il parlar de'esse grandi.* Ger. Ein red von hohen vnd grossen dingen. Hisp. *Grandeza de palabras.* Polon. *Mowa ś wyrzuch wielkich.* Vng. *Nagy dolgokrol valo beszél, fennyen valo Szóllas.* Ang. *A speaking with an high style.*] Cicero in Orat. Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiæ sit accommodatior. Homeri magniloquentia. Cic. Cæs. lib. 13. Epist.

Măgnĭpĕndo, is, act. p. Permagni facio, magnifacio, bene æstimo. [חזיק *hekir. αἰδέομαι πολὺ μᾶλλον μᾶλλον.* Gall. *Fort estimer & priser.* Ital. *Stimar molto.* Ger. Groß achten/ groß schetzen. Hisp. *Estimar ò apreciar mucho.* Po. *Wielcze sobie mieć, szanować.* Vn. *Nagynak ítélleni.* An. *To set muche by.*] Plaut. Curcul. Neq; eum ad me adire, neque me magnipẽdere visus est. Livius: Romanorum nemo id authoritatis aderat, ut promissa ejus magnipenderentur. Terent. Adel. Ego quoque à meis me amari, & magnipendi postulo.

Măgnĭtās, f. t. pro magnitudine apud antiquos. Accius: Namq; sat frugi: neque dici potest pro magnitate.

Măgnĭtūdo, f. t. Copia, amplitudo. [רוב *ghedhullah* רוב *rob. μέγεθος.* Gall. *Grandeur.* Ital. *Grandezza.* Ger. Gröſſe/ Bel. Groette. Hisp. *Grandeza, generalmente.* Pol. *Wielkość.* Vng. *Nagyság.* Ang. *Greatnesse, bigenesse.*] Cic. pro Rosc. Amerin. Magnitudo æris alieni. ¶ Magnitudo animi: id est, excellentia, præstantia. *μεγαλοψυχία.* Cicero 4. de Finibus: Quæque ab iisdem de temperantia, de modestia, de magnitudine animi, de omni honestate loquuntur. Magnitudinem animi superbia imitatur in animis extollẽdis. Cicero in Partit. ¶ Magnitudo periculi pro gravitate. Cic. pro Quintio: Primùm magnitudo periculi summo timore hominem afficit.

Măgnŏpĕrè, adverb. Valde, vehementer. [מאד *meódh. μέγα, Gal. Grãdement, beaucoup.* Ital. *Grandemente.* Ger. Gröſlich/ hefftig/ sehr. Bel. *Zeer.* Hisp. *En grande manera.* Pol. *Wielce.* Vn. *erõssen, nagyon.* An. *Greatlie.*] Plaut. in Truc. Malam rem is & magnam: magnopere serva viaticum. Terent. Heavt. Meminisse me esse gravidam, & mihi te magnoperè interminatum, si puellam parerem, nolle tolli? Lucretius lib. 3: Sed in omnibus rebus magnoperè à vera lapsi ratione videntur. Cic. ad Cass. lib. 15: Ego cæterarum rerum causa tibi Romam magnoperè properandũ cẽseo. ¶ Magnoperè facere. Cic. 7. Verr. Quid, *inquam*, magnoperè potuit Cleomenes facere, illius avaritiã navibus exinanitis? Non magnoperè laboro: quod imperiti dicunt: Non multum curo. Cicer. pro Rosc. Comœd. Et quorsum recidat responsum tuum, non magnoperè laboro. ¶ Magno opẽre, separatim aliquando legitur. Plautus Cas. Atque id non tàm ægrè est jam vicisse vilicum, Quàm id expetivisse operè tam magno senem.

Măjŭscŭlŭs, Grãdior, Cic. epist. In aliqua majuscula euraversari.

Măxĭmĕ, Præcipuè, in primis, summè, vehementer. [מאד מאד *meódh meódh. μάλιστα.* Gall. *Grandement, principalement, sur tout.* Ital. *Massimamente, sopratutto.* Germ. Voraus/fürnemlich/ sc. Hisp. *Mayormente.* Pol. *Osobliwie, zwłaszcza.* Vng. *Kűlönképen erőssen.* An. *Greatlie, specialie.*] Cic Lentulo: Vel etiã id, quod mihi maximè libet. Idem pro domo sua: Inturemini paulisper animis juventutem, & maximè eos qui, &c. Idem 1. de Nat. deor. Quæ ratio poëtas, & maximè Homerum impulit. Cicer. 1. Offic. Ut quisque maximè opis indigeat, ita ei primùm opitulari. Idem de Orat. Dicere quàm maximè ad veritatem accommodatè. ¶ Interdum est affirmantis responsio. Teren. in Eunuch. Tu Parmeno huc facilli adducantur. P. Maximé.

Măxĭmĕpĕrĕ, adverb. [מאד מאד *meódh meódh. ἐπιτροπῶς.* Gal. *Grandement.* Ital. *Grãdissimamente.* Ger. Gantz hefftig/ zum höchsten. Hisp. *Mayormente.* Pol. *Nade wszystko, nabarzo.* Vng. *Felette igen.* An. *Greatlie.*] Cic. Epist. A' te maximopere peto, & quæso.

Măxĭmĭtātem, Veteres pro magnitudine dixerunt. Lucilius: Neque ad hoc me rogas inani maximitate.

Măgŭdăris, f. t. sive (ut alii scribunt) Magydaris. [μαγύδαρις. Ger. Ein frembd kraut/ soll/ nach etlicher Meynung/ ein geschlecht der Meisterwurtz oder Angelicken seyn.] Caulis esse creditur ex laserpitii radice enascẽs. Plin. lib. 19 cap. 3: Alii tradunt laserpitii radicem fuisse majorem cubitali, rubérque in ea super terram. Hoc inciso profluere solitum succum, ceu lactis, supernato caule, quem Magydarin vocarunt. ¶ Est etiam Magudaris laserpitii species, ut testatur Plinius eodem libro & capite. Alterum, *inquit*, genus est quod Magydaris vocatur, tenerius & minus vehemens sine succo. Plaut. in Rudente: Si tibi confidis fore multam magudarim. Colum. lib. 6. cap. 16: Facit & radix, quam

Græci vocant μαγικὴν. Vulgus nostra consuetudine vocat *Sapientiam*. Vbi tamen quædam exemplaria, σοφίαν habẽt, non μαγικὴν.

Māgus, gi m. f. [מכשף *mechasseph. μάγος*. Gal. *Magicien, enchãteur*. Ital. *Mago incantatore*. Ger. Ein weiser weissager itẽ, ein Zauberer. Hisp. *Hombre sabio vsol arte magica*. Pol. *Wieszpek, vel czarownik, vel Mędrzec*. Vng. *bölcs, bölcsẽdes, bolhozo*. Ang. *An enchanter, a witch*.] Dictio Persica, qua apud eos significatur sapiens. Sic enim Persæ *Magos* vocant, ut Græci *Philosophos*, Latini *Sapientes*, Galli *Druidas*, Aegyptii *Prophetas*, sive *Sacerdotes*, Indi *Gymnosophistas*, & Assyrii *Chaldæos*, à Chaldæa Asiæ regione. Est etiam Magus vulgò γ malefícus, & omnibus legibus vetitas artes exercet. Nam quum Magi apud Persas potissimùm deorum cultui vacare solerent, in tantum postea aucta est eorum vanitas, ut non solùm observatione fydetum futura prædicere, sed artibus quibusdam, & maleficiis, & scire se omnia, & facere posse profiterentur.

Māgĭă, æ, cũ accentu in penult. f. p. [כשף *chasseph. μαγεία*. Gal. *Art magique, enchanterie*. Ital. *Magia, incantesimo*. Ger. Weissheit vnd verstand heimlicher vnd verborgner dinge itẽ, Zauberey oder zauberkunst. Hisp. *La arte magica*. Pol. *Madrość wszelaka skrytych, item czarnoksięstwo*. Vng. *bölcsesség, bolhozás*. An. *Sorcerie, witchcraft*.] Vox est Persica, quam illi fere accipiunt pro sapientia, & perfecta rerum naturalium cognitione. Vnde & Magi ab illis appellabantur, quos Græci vocant *Philosophos*. Duplex tamen traditur Magiæ species: quarum altera, quã jam diximus, nihil aliud est quàm naturalis philosophiæ summa & perfecta cognitio, quam Pythagoras, & Plato, & Empedocles, cæteriq; inter Philosophos præstantissimi, velut sanctiorem quandam disciplinam, indefatigabili studio, longinquisque peregrinationibus conquisiverunt. Altera, quam Goëtiam, *γοητείαν*, vel Thurgiam vocant, dæmonum invocatione, infantiisque incantationibus constat, quam & leges omnes execrantur, & Plinius artem intestabilem vocat, utilitatis & inanem. Nostri *Magicam prestigias* vocant, eò quòd rerum veritatem commentantur, hominũ mentes fallacia præstringentes. ¶ Hujus Magiæ plures sunt species: Hydromantia, *ὑδρομαντεία*, quæ fit ex aqua. ¶ Aeromantia, *ἀερομαντεία*, quæ fit ex ventis & aëris dolabris. ¶ Lecanomantia, *λεκανομαντεία*, quæ fit pelvibus, quas Græci *λεκάνας* vocant. Nam apud Persas erant Magi Lecanomantici dicti, ut lib. 15. docet Strabo, quasi ex pelvibus divinãtes. Nã vaticinãtes pelvim accipiebant aqua plenam, dæmonibus congruentem, in profunda repentibus. Vbi autem dæmon illapsus erat, aqua edebat sonum quendam fatidicum. ¶ Catoptromantia, *κατοπτρομαντεία*, quæ fit per specula. De qua Spartianus in Iuliano intellexit, quum ait: Carmina profana incantaverunt, & ea quæ ad specolum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando futura respicere dicuntur. ¶ Pyromantia, *πυρομαντεία*, quæ fit per ignem. Hanc Amphiaraus primus invenit. ¶ Geomãtia, *γεωμαντεία* quæ fit per terram. ¶ Cheiromantia, *χειρομαντεία*, per lineamenta manuum. ¶ Necromantia, sive Necyomantia, *νεκρομαντεία, νεκυομαντεία*, quæ fit per evocationes umbrarum, & per inferorum colloquia, à qua Necromantici, quorum incantamentis mortui resuscitari, divinare, ad interrogata respondere videntur. Quam nonnulli etiam Sciomantiam vocari putant. Quidam inter Necyomantiam, Sciomantiámque distinguunt, quòd in Necyomantia ad erigendum cadaver sit sanguis necessarius: in Sciomãtia sola sufficiat umbræ evocatio. ¶ Capnomantia, *καπνομαντεία*, quæ fit ex fumo aræ, cujus motu futura cognoscebant à qua Capnomantiæ dicuntur. ¶ Coscinómantia, *κοσκινομαντεία*, quæ fit per cribrum. Quo genere etiam hodie mulieres aliquot in Gallia utuntur, ad investigandas res furto ablatas. Ex hoc Magiæ fonte derivati sunt apud Italos Hetrusci auspices, apud Indos Brachmanes & Gymnosophistæ, apud Gallos Druidæ, & Bardi, apud Siculos Galeotæ: ubique autem terrarum Astrologi, qui & Chaldæi vocãtur: quamvis alibi sint nati. ¶ De hac & ejus speciebus lege Beroaldi præfat. in Com. Apulcianos.

Māgĭcē, *huius magices*, penult. corr. Magia, ars incantandi [*μαγικὴ, γοητεία*. Gal. *Art magique*. Ital. & Hisp. *Arte magica*. Ger. Die zauberkunst / schwartzkunst. Pol. *Czarnoxięstwo*. Vng. *bolhozasság*. Ang. *Witchcraft, sorcerie*.] Plin. lib. 30. cap. 1: Si nõ expers fuisset ejus tota Thracc magices fuisset.

Māgĭcŭs, a, um, adject. [*μαγικὸς, γοητικὸς*. Gal. *Appartenant à art magique*. Ital. *Pertinente ad arte magica*. Germ. Zauberisch / das zu dem zauberer oder der zauberkunst gehört. Hisp. *Perteneciente à arte magica*. Pol. *Czarnoxięski*. Vng. *bolhozói, bolhozo*. Ang. *Belonging to witchcraft*.] Quod ad magum, vel etiam magicen pertinet: ut, Magicas artes, Magicas herbas dicunt, quibus magorum vanitas gloriatur. Virg. 4. Aeneid. Testor chara deos, & te germana, tuumque Dulce caput magicas invitam accingier artes. Virg. 8. Aeglog. Conjugis ut magicis sanos avertere sacris Experiar sensus. Plin. lib. 25. cap. 3: Nec alia dico magicæ portenta, nisi ubi cavenda sunt aut conjuguenda, in primis fidei eorum damnata. De magica arte vide Plinium lib. 30. capite 1. & 2.

Marīlēs, m. t. Porci castrati [*μηϊὸς τράγος*. Gal. *Porcs chaillez*. Ital. *Porci castrati*. Ger. Barg Hisp. *Puercos castrados o marranos*. Pol. *Wieprz*. Vng *Artan* Ang. *Gelded hoggs or swyne*.] Varro 2. de Re rust. cap. 4. Castrantur verres commodissime annicul. utique minores quàm semestres. Quo facto nomen mutant, atque e verribus dicuntur Majales.

Mājestas, tis, f. t. A' magnitudine dicta est. Est enim decus, amplitudo, & dignitas vel populi, vel Senatus, vel Principis, Imperatorisve, aut etiam privati magni viri, atque alterius alicujus inanimatæ rei. [הדר *hadar*. τιμὴ, περιφάνεια, μεγαλοπρέπεια, ὑπεροχή. Gal. *Majesté, excellence de dignité*. Ita. *Maestà*. Ger. Furtreffenliche Herrligkeit oder Wirdigkeit/ Maiestat. Hisp. *Magestad del Rey ò principe*. Pol. *Wielmożność, majestat, godność*. Vng. *fölséghes, méltóság, ölhetetlen*. An. *Majestie, excellencie*.] Horat. 2. Epist. 1. sed neque parvum Carmen majestãs recipit tractare modis audet Remulcentare pudor, quam vires ferre recusent. ¶ Hinc Majestatis crimen, Iureconsulti definiunt, quod adversus populum Rom. vel securitatem ejus committitur. Et Rei majestatis dicuntur, qui ejusmodi crimínis accusantur. ¶ Majestas etiam dea credita est, Honoris & Reverentiæ filia, de qua Ovidius: Donec Honor, placidóque decens Reverentia vultu, Corpora legitimis imposuere toris, Hinc sacra Majestas, quæ tu nudum temperat ornatum, Quáque die partu est edita, magna fuit. Nec mora, consedit medio sublimis Olympo Astræa, purpureo conspicienda sinu. ¶ Majestas, populi dicebatur: Auctoritas autem, senatus. Populus enim scíscere solebat, & jubere: Senatus cẽsere, & autor esse. Cicero 3. Philip. Tantus autem consensus municipiorum, colonia rumque provinciæ Galliæ, ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis, majestatémque Pop. Ro. defendendam conspirasse videãtur. ¶ Majestas nominis, Litterarum tudo, sive dignitas. Martial. lib. 1: Quum pars libri & major, & melior ad majestatem facti nominis tui allegata sit. ¶ Majestas alicujus loci, est ejus prædantia, sive excellentia. Liv. 1. Ab Vrbe: Concepit animo eam magnitudinem loci templi, quæ digna Deum, hominumque rege, quæ Romani imperii, quæ ipsius etiam loci majestate esset. ¶ Majestas in oratione: est gravitas. Cic. de Amic. Quanta in oratione majestas. ¶ Imminuere, vel minuere majestatem, Est aliquid committere contra dignitatem, vel amplitudinem populi, aut principis. Hinc Lædere majestatem, vel Solvere majestatem. Cicero in parti. Majestas est ímperi, atque in omni populi Romani dignitate quam minuit is, qui per vim multitudinis, rem ad seditionem vocavit. Et deinde, Exstitit illa disceptatio, minuerit majestatem qui voluntate populi Romani rem gratam, & æquam pecunia egit. Idem 2. de Orator. Tamen ab illo majestatem imminutam negabam, &c. Sueton. in Claudio Cæs. cap. 16. Ex quibus verbis apparet majestatem populi Romani latam majorem ob id existimasse, quòd civis Romanus asseclam se regi, & comitem præbere non dubitasset contra morem majorum, ut reditus pecuniam reciperet. Contrà, Retinere majestatem, vt quod vulgus ait *Servare autoritatem*. Cicero in Oratore: Ius omne retinendæ majestatis Rabirii causa continebatur. ¶ Constituere majestatem, est lapsam, aut labantem dignitatis amplitudinisque partam existimationem confirmare. Sallust. Majores nostri parandi juris, & majestatis constituendæ gratia per secessionem armatis bis Aventinum montem occupavêre. ¶ Conservare majestatem, est idem quod retinere.

Majestas, Crimen hoc est maximum nemo negat, interdum tamen Capitale non fuit: nam Claudiæ Vestalis, Appii Cæci filiæ, C. Fun. & Ti. Sempronius ædiles pl. quòd populo Rom. calamitatem esset imprecata, mulctam dixerit asris gravis xxv. millia, quæ capitalis pœna non fuit, judicium autem illud majestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat. Et majestas quidem multis modis lædebatur, his fere ubi quid in populum suum, suámve rempubl. aut in magistratus, personámve principis commissum est. In populum, ut si quis exercitum hostibus tradidit: si exercitum solicitavit, delectúmve injussu populi aut senatus habuit: si quis exercitu extra suam provinciam injussu populi duxit, aut ipse, relicto exercitu provinciæ finibus excessit: si quis rempublicam sua culpa male gessit: si signa nem deseruit: si contra libertatem consilia iniit, si seditionem, aut bellum excitavit: si publicum hostem domi pecunia habuit: si jus civitatis aut magistratus imminuit: si præter dignitatem populi R. regio in comitatu fuit: si contra bonum publicum locutus est: quod majestatis quidem crimen: non tamen capitale fuit, ut exemplo docuimus: præterea, si quis ad hostem transiit, aliódve quid eum in adversus remp. pactus est: hæc in populum latæ majestatis crimina. In magistratum autem, vel in principis personam, si quis vim omnino ullam attulit: si tribuno pl. intercedenti non paruit, aut ab eo cõtionem avocavit, cumve privati loco habuit, ut puta, si occurrenti in via non cessit, si consilio plebis diffu-

bavit.

bavit,& hujus generis alia:quę facilè possumus intelligere ex ea definitione, quæ prodita literis est: Majestatem is minuit, qui ea tollit,ex quibus civitatis amplitudo cõstat. Hoc de crimine leges nominantur hæ, primùm illa XII. tab. de qua Polybius lib.3. ut, qui hostem concitasset vel civem hosti tradidisset,capite pœnas daret: deinde,tribunitiæ.Appuleia,Varia: consulares,Cornelia,Iulia.Antonia. Appuleiam tulit,opinor, L.Appuleius Saturnina tribunus pl.quem postea cum C. Servilio Glaucia prætore C.Marius VI. consul.S.C.interfecit. Variam tulit Q. Varius Sucronensis tribunus pleb. qui Philippo & Cæsare Coss.in locum M. Livii Drusi interfecti tribunus pl. creatus cũ:hujus legis hæc sententia fuit,ut quæreretur de iis, quorum ope, aut consilio bellum Italicum esset concitatum: quo crimine cùm essent multi condemnati: & ad plures prætereà, quos damnari necesse esset, ea culpa pertinere videretur: fecit sapienter senatus, qui decreverit, ne dum tumultus Italicus esset,judicium ullum lege Varia fieret.Secuta est Cornelia, L. Syllæ dictatoris: inde Iulia. C Cæsaris, in primo, ut opinor,lata consulatu,aut post victum in Pharsalia Pompeiũ: nam consul iterum, bello Pompeis, aut Alexandrino impeditus,abfuit:hæc lex damnatis aqua & igni interdicebat.Postremò Antonia, & M. Antonii consulis, qui III. vir postea fuit: quæ damnatis de majestate provocationem ad populum dabat: quod antea in uno perduellione, omnium de majestate criminum gravissimo,licebat.In causa majestatis, & proditionis,impunitatem, iudici datam Pædianus ait:in causa repetũdarum negat: nulla verò prorsus in causa senatoribus licuisse iudiciũ proficeri, ne videlicet summi dignitas ordinis minueretur,affirmat.Ex libro P.Manutii de legibus Romanis.

Major,majores.Vide MAGNVS.

Majoranæ descriptionem lege apud Dioscor. lib.3. cap.45. dict Sampsuchum.

Mãius,m.i. [μαΐα-συνίλιοδωρεών. Gall. *Le mois de may.* Ital. *Maggio.* Ger. Der monat May. Hisp. *El mes de maye.* Pol. May. Vng. *Bokodhava.* Ang. *The moneth of may.*] Mensis,à majoribus dictus,(ut inquit Macrobius) quorum consilio Respub. gerebatur: sicut Iunius à junioribus qui rem armis gerebãt. Postquã enim Romulus populum Roma in majores, minoresq; divisit,ut altera pars cõsilio,altera armis Rempub. tueretur:in honorem utriusq; partis hunc Maium,sequentem Iunium vocavit.Ovid.5. Fastio. Hinc suã majores tribuêre vocabula Maio, Iunius à Iuvenum nomine dictus adest. ¶ Sunt qui Maium à Majestate dea denominatum velint, quòd flamen Vulcanalis Calendis Maiis huic deæ rem divinã faceret. Alii à Maia Mercurii matre: propterea quòd hoc mense mercatores omnes Maiæ pariter & Mercurio sacrificare soliti erant. Quam opinionem etiam attingit Ovidius loco jam indicato:Aut tu materno donasti nomine mensem Inventor curvæ funibus apte fidis.Hoc mense Romæ Lemuria celebrabãtur:templaq; omnia clausa erant:putabanturq; id tempus nuptiis contrahendis parum esse idoneum: quæ opinio ad nostra etiam tempora permanavit. Vide Ovid.lib.5.Fast.

Mãla, æ, pen. prod. f.p. Est pars faciei eminens inter oculũ, nasum & buccã,quæ & gena dicitur. [לחי *lechi. uirpe, maxor.* Gal. *La joue ou la maschoire.* Ital. *Guancia.* Ger. Ein wange/der ober theil des backens so vmb etwas erhaben ist. Hisp. *La maxilla de la cara.* Pol. Policzek. Vng. Orcza. Ang. *The cheek or cheek bone.*] Ita appellata,quòd rotundam speciem mali præ se ferat.Plin.lib.11. cap.37: Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci *Genas* vocabant:ibi ostenditur pudor. Virg.tamẽ lib.Georg.3 equino generi malas tribuit,quum ait: quo tempore Glauci Potniades malis membra assumpsêre quadrigæ. Plaut. in Trinũ. -at polego etiamsi vetet,edam, atq; ambabus Malis expletis vorem: & quod illi placeat præripiam potissimùm. Virgil.5. Aeneid.-duro crepitant sub vulnere malę. Lucret.lib.5:Inventas molli vestit lanugine malas. Cic.in Orat.Malam à maxilla distam esse ostendit,abjectis mediis literis. Quinetiam *(inquit)* verba sæpè contrahuntur, non usus causa, sed aurium. Quomodo enim ex Axilla, Ala facta est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, è vexillo, & paxillo confecrudo elegans Latini sermonis evellet.

Mãlabathrum,pen.cor. μαλάβαθρον,Dioscoridi foliũ est nardi odore,quod ex India advehitur:cujus duo sunt genera.Alterum in Indiæ paludibus quibusdã gignitur,nullisq; hærens radicibus, lenticulæ modo aquis innatat.Alterũ in Syria, copiosiusq; etiam in Aegypto arboribus ejusdem nominis detrahitur.Ex utroq; unguentum cõficitur odoratissimũ, quod Malabarbinum & foliatum appellatur. Scribitur & Malobathrum per quartam vocalem in secunda syllaba.

Mãlabustum, aliàs Malavistũ, sed perperã Alberic. ait. habetur in l.i. spec. ff. de publica. Sũt enim qui Malobastrũ ibidẽ legunt. Tamen pro illis genitivum restituit Haloander, Malabarbrum scilicet.

Mãlache μαλάχη,pen.cor.f.p. [Ger. *Papten traut/täfftcraut.*] Species est malvę ventrẽ emolliens:unde & nomen habet.Nã Græci μαλακὴν, dicunt quod Latinis est molle.Plin lib.20.cap. 21. Duo malvarum genera amplitudine folii discernuntur. Majorem Græci *Malopen* vocant in sativis: alterã ab emolliendo ventre,dictam putant *Malachen*.

Malachra,quã alio nomine Maldacon vocãt, arbor est in Bactriana regione,magnitudine oleę,folio roboris,fructu caprifici,gũmi genus exudãs,quod Bdellium vocãt.Plin.lib.12.ca.9.

Mãlachites, μαλαχίτης, Gemma spissius virẽs: ita dicta à colore malvæ, quæ Græcè μαλάχη dicitur. Eadẽ & molochites appellatur: nã Græci μαλάχιον & μαλάχιον pro eodẽ dicunt. Plin. lib.37.cap.9:Nõ translucet molochites spissius virẽs,à colore malvæ nomine accepto,reddendis laudata signis, & infantiũ custodia quadã,innato contra pericula ipsorũ medicamine.

Mãlãcus,a,um,Mollis,delicatus. [רך *rach* עמן *hanoẽh.* μαλακὸς. Gall.*Mol.* Ital. *Delicato,molle.* Ger. Weich/zuhd. Hisp. *Muelle.* Pol. *Miekki.* Vng. *Lazy,puha.* Ang. *Soft,delicat.*] Plaut.in Bacch. Pro lorica malacum capiam pallium: id est, molle & effœminatum. Ibidem: Hic nostra agetur ætas in malacum modum: hoc est,molliter & suaviter.

Mãlãcia,ciæ,f.p. [μαλακία. Gall. *Tranquillité de mer,quand la mer est calme,sorbleſſe.* Ital. *Bonaccia di mare,bonaccia calma,langui-ſezze.* Ger. Die Meerstille. His. *Bonança en la mar,ò calma.* Pol. *Vſpokoienie morza,vcis ſpeuie morskie.* Vng. *Tſendeſſeghiaz tengeren.* Ang. *Calmeneſſe of the ſea.*] Tranquillitas quum maris fluctus omnino quiescũt & langueot, neq; ulla aura commoventur. Cæsar 3. bel. Gal. Ac conversis in eam partem navibus, quò ventus ferebat,tanta subitò malacia ac tranquillitas extitit,ut se loco movere non possent. Lucretius pellaciã à pelliciendo appellat:Subdola quũ ridet placidi pellacia ponti. ¶ Est etiã malacia, mollities quædã prægnantium, & defectio, quum modò hoc,modò illud appetũt adeò ut ne terra quidem,aut carbonibus extinctis abstineãt,quod vitium alio nomine, κίσσα: hoc est,pica vocatur.Provenit hoc incommodũ à conceptu potissimùm mense tertio, nequeunte fœtu omnia ad se delata alimenta absumere.Plin.li.25.ca.6: Malicorũ expetitur gravidarum malàciæ, quoniã gustatu moveat infantẽ. Ibidem: Horũ semen edendum præcipiunt in malacia prægnantibus. ¶ Malacia stomachi:hoc est,depravatus appetitus,propter oris vẽtriculi affectũ ab humorum erodentiũ copia.Plin.lib.18.ca.7.

Mãlãcisso,sas,Mollio,subigo. [הרך *berách.* μαλακίζω. Gall. *Amollir & pestrir,rendre laſche.* Ital. *Amollire,domare.* Ger. Weich machen. Hisp. *Amollentar.* Pol. *Zmiekczam.* Vng. *Lagitom.* Ang. *To mak ſoft.*] Plaut.in Bac. Ah nimium ferus es.P.mihi sum.5.malacissandus es.

Mãlãsso, sas, Mollio, subigo, maturo. [הרך *berách.* μαλάσσω. Gall. *Amollir & pestrir,rendre laſche.* Ital. *Far molle,maturare.* Ger. Erweichen/bereiten. Hisp. *Hazer maelle, madurar.* Pol. *Zmiekczam.* Vng. *Meg lagitom, meg erlelem.* Ang. *To mak tender and ripe.*] Commalasso,quod est mitigo,maturefacio.Varro: In dolore adiaphoron esse,quòd philosophia commalassaret eam partem,quæ concuti cupiditatibus solet.

Mãlacostrãcõn, μαλακόστρακον,Græci vocãt quod mollem habet testam.Vnde Malacostracos pisces, μαλακόστρακα ἰχθύας vocamus,qui testam quidem habent, sed tamen molliorem, ut in cancrorũ genere animadverti potest. Pisces enim omnes aut squamis tegnntur, ut mugil & cyprinus:aut molli cute, quos μαλακοδέρμους vocant Græci:ut polypus & sepia: aut testis durioribus, qui ὀστρακόδερμοι à Græcis appellantur, quales sunt ostreæ,purpuræ,& buccinæ:aut molliore testa,quos μαλακοστράκους jam diximus appellari.

Mãlagmã,tis,n.t. μάλαγμα, Fomentũ, quum res dura per alterius admistionem mollescit, ficus emplastrum. Nam malagmata contusa,& super cutem injecta,abundè mollificant: à μαλάσσω,mollio.His molliuntur apostemata,& maturæ fiunt. Colum.lib.7: Adjicitur exiguum picis liquidæ,& axungiæ,ut lentorem malagmatis habeat. ¶ Differunt autem emplastra à malagmatis,& pastillis.Emplastra imponuntur vulneribus: Malagmata in integram cutem injiciuntur:Pastilli aut illinuntur,aut alicui molliori cerationi miscentur. Malagma Ipotetium. inscriptum, quomodo cõficiatur,require apud Actium Serm.30.cap.12.

Mãlè, adverb. vide MALVS,penul.cor.

Mãlẽdico,Maledictum,Malefacio,vide MALVS,adject.

Mãlẽvolentĩa, vide MALVS,adject.

Mānus, hujus manus, f. q. à manando dicta est, quòd ex brachiis manat, vel quòd ex eâ manent digiti. [*Χειρ, χειρος.* Gall. *Main.* Ital. & Hispan *Mano.* German. & Belg. *Ein Hand.* Pol. *Reka.* Vngar. *Kez.* Ang. *The hand.*] Ovidius Epistol. 17: Iam tibi formosam porriget illa manum. Catullus Berecyntia: Nitens citata cepit manibus leve tympanum. Virgil. 1. Aeneidos: Tendentemque manus Priamum conspexit inermes. ¶ Plena manu: hoc est, ampliter, copiosè, prolixè, minimeque maligè. Cic. ad Att. lib. 2: At hercle alter tuus familiaris Hortensius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè nostras laudes in altra sustulit. ¶ Manu brevi, Vlpianus eleganter posuit pro directò & sine ambagibus. Quoties, *inquit*, extraneus accepto fert debitori dotis constituendæ causa, siquidem nuptiæ insecutæ non fuerint, liberatio non sequitur: nisi fortè sic accepto tulit, ut velit mulieri in totũ donarum: tunc enim credendum est brevi manu acceptum à muliere & marito datũ: id est, quasi mulier non per acceptilationem & circuitionem illam, sed directò per manum ipsius creditoris, pecuniam accepisset & marito dedisset. ¶ Contrà, Manu longa lavolenus figurata locutione dixit, pro flexuosè & obliquè. l. 79. Ex Hotomano. ¶ Manufactus, χειροποίητος, una dictione, sive duabus: opponitur Naturali. Celsus Naturalq; vel manufactæ nationes. Cicero 3. de Finibus: Quid enim aut in natura, quà nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum, tamque compactum, & coagmentatum invenari potest? ¶ Manus præterea, instrumentum, & telum navale dicitur, quo naves harpagonibus raptæ tenentur: à manus humanæ similitudine. Plinius libro 7. capite 56: Anacharsis harpagonas, manus Pericles Atheniensis invenit. ¶ Item Manus, multitudo vocatur, vel exercitus. Virgil. 6. Aeneid. Hic manus ob patriam pugnando vulnera passi. Idem 6. Aeneid. -juvenum manus emicat ardens Littus in Hesperium. ¶ Accipitur etiam Manus pro potestate: cùm quum dicimus, rem aliquam in manu nostrâ esse sitam: quod Græci dicunt, Σὺν χερσὶν ἔχειν. Lucanus libro 1: In manibus vestris, quantus sit Cæsar, habetis. Hinc mulieres in manum conventæ dicebantur, quòd per coëmptionem matresfamilias factæ essent: de qua re Boëtius in Topic. & Vlpian. in Institut. ¶ Manumittere, Est de servo liberum facere, libertatem dare. ἀφιέναι. Cicero pro Cælio: Adsunt servi ex cognatorum sententia manumissi. ¶ Manumissus, liberatus à potestate domini. ἀφειμένος, ἐλεύθερος. Nam quandiu quis in servitute est, manus hoc est, potestati subditus est. ¶ Interdum verbum hoc dividitur: dicimusque Mittere manu, vel Emittere manu. Plautus in Aulul. Igitur orabo, ut manu me mittat. Frequentiùs conjunctim scribitur. ¶ Hinc Manumissio, quæ est datio libertatis. Cicero pro Cælio: Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio. Erat aût mos in manumissione, ut dominus caput, aut aliud membrũ servi tenens, diceret: Hunc hominẽ liberũ esse volo, & mittebat eum è manu. Inde manumissio dicta est, & manumissus à potestate liberatus. ¶ Item Manus capitur pro proboscide elephanti, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu utatur elephantus. Curt. libro 4. de elephanto loquens: Præcipuè terribilis illa facies erat, quum manu arma virosq; corriperent, & super se regentibus traderent. Idem de eodem: Copidas vocabant gladios leviter curvatos, falcibus similes, quibus appetebant belluarum manus. ¶ Nonnunquam pro scriptura manuum. Quintilianus libro 1. de Orthographia: Caussa, Cassus, Cicero & Virgilius scripserunt: sic manus eorum docent. Cicero ad Atticum libro 4: Occupationum mearum vel hoc signum erit, quod epistola liberari manu est. Idem ad Atticum lib. 10: Quibus tibi videbitur, velim des literas nomine meo molto familiares: signum requirent, & manum: dices iis me propter custodias eas vitasse. Budæus. ¶ Manum conserere, Est prælium incipere, & commissus pugnare. συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι. Propriè tamen Manum conserere, nihil aliud est, quàm manus conjungere. Apud Iurisconsultos autem, Manum conserere dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua lis erat, profecti, præsente Prætore, rem litigiosam manu apprehendebant, jusque suum in re præsenti vindicabant. Postea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribusque aliis negotiis occupatis, placuit ut litigantes sine Prætore in agrum proficiscerentur, glebamque inde in jus ad Prætorem deferrent, & in ea, tanquam in toto agro, vindicarent, adversariumque ex jure manu consertum ad Prætorem vocarent. Vide ea quæ de hoc annotavimus in verbo Cicero. Vius autem obtinuit, ut, verbo ad rem militarem translato, Manus conserere, pro pugnare, inire prælium, cum hostibus signa conferre, dimicare, certare diceretur. ¶ Manibus prælium facere, Est manus conserere. Sallustius in Iugurtha: Romani pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare: alii succedere, ac modò murum suffodere, modò scalis aggredi, cupere manibus prælium facere. ¶ Manu docere, Est apertè docere. Cicero 1. de Naturâ deorum: Epicurus autem res occultas, & penitùs abditas non modò viderat animo, sed etiam sic tractavit, ut manu doceat nos, eam esse vim & naturam deorum. ¶ Primas & secundas manus, apud Quintilianum libro 5: Hermolaus vocari posse ait, quòdo sessis recentes succedunt: sed tamen potiùs ictus significari videntur, ut ait Budæus. ¶ Inter manus arripere aliquem, est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Plautus in Mostel. Arripite hunc intrò actutum inter manus. Inter manus aliquid esse dicitur per translationẽ, pro in potestate esse. Virg. Ante oculos, interque manus sunt omnia vestras. ¶ Versari inter manus, Est in usu esse. ¶ Sub manu esse id est, ad latus, expeditum, promptumque in usum, sive esse in promptu & in proximo. ¶ In manu sumere librum, pro eo quod est librum legere. ¶ Esse in manibus liber dicitur, qui editus est, & legitur. ¶ Manus remittere in aleæ ludo, est collusori jactum condonare, quem sua quisque manu damnosum jecit. ¶ Manu capere, bello quærere. Sallust. Populus Romanus quascunque urbes, & agros manu ceperat, Regi donat. ¶ Succedere sub manus, Est aliquid bene, & ad optatum contingere. ¶ Rem ad manus venire, est etiam ad contentionem & pugnam venire. ¶ Per manus tradere, de manu in manum, quo utitur Cicero ad Cæsarem libro 7: Totum denique hominem tibi trado de manu, ut dicitur, in manum tuam istam. ¶ Per manus tradita disciplina, vel res gesta dicitur, quæ non monumentis literarum, sed verbo tantùm traditur, & à majoribus ad posteros sine literis transmittitur: quemadmodum sacrorum mysteria olim tradi solebant. ¶ Præ manibus, pro in manibus, vel inter manus. Plautus in Bacchid. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus. ¶ Præ manus dare, Est quod vulgò dicitur, Ante omnia, vel ante manum dare. Gallico sermone, *Auancer.* ¶ Tollere manus, Modus est loquendi, quo signum lætitiæ significans. Cicer. Cæs. Sustulimus manus & ego, & Balbus: tanta fuit opportunitas, &c. ¶ Tendere manus, Est petenda auxilii vel misericordiam implorantis signum. Cæs. libro 3. bell. Gall. Hedui manus tendere, deditionem significare. ¶ Plus est illi in manu, quàm tibi: Id est, ditior est te. ¶ Nihil illi est in manu: Id est, nihil habet. Habere enim in manibus dicuntur, qui aliquid possident, & divites sunt. ¶ Manus tua hæc est: Hoc est, hi favent tibi, & te juvant. ¶ Manus vetant priùs, quàm penes sese habeant, quicquam cedere. Plautus in Trucul. id est, nihil credam te daturum, nisi priùs numeraveris. ¶ Manus multas poscit hoc opus, Plinius in Epistol. 152: id est, hoc opus est multi laboris. ¶ Manus oculatæ dicuntur à Planto in Asin. quæ se ipsa aliquid volunt exhiberi, non oratione promitti. Semper (*inquit*) oculatæ nostræ sunt manus: credunt quod vident. ¶ Manus fingere, Est arte, curaque formare: tractum à plastris, qui è molli luto manu imagines faciunt. ¶ Manum ferulæ subducere, Est jam aliquo modo in literis profecisse, & delinere in ludo literario versari. Nam Grammatici solent puerorum manus ferula percutere. Iuven. Satyr. 1: Et nos ergo manum ferulæ subduximus. ¶ Manum de tabula tollere nescire, Est in re aliqua conficienda nimis anxiam esse. Tractum ab Apellis elogio de Protogene, quod dicebat illum manum de tabula tollere nescire. ¶ Manum non vertere, Proverbialis est Hyperbole, qua utimur, quoties nos rem aliquam susque deque ferre volumus significare, & de ea nos nihil esse solicitos. ¶ Manum sub pallio habere dicuntur Rhetores, qui inter agẽdum non commoventur. Nam bona pars actionis in manibus consistit. Quæ omnia vide latiùs in Adagiis Erasmi. ¶ Manus injectio. Dicitur quoties nulla judicis autoritate expectata, rem nostram nobis vindicamus. χεῖρας ἐπιβολή. De quo vide in Injicio. ¶ Manibus ac pedibus quicquam obire: Id est, summa diligentia. Illis enim verbis extremum conatum significamus. πάντα καὶ χερσὶ καὶ ποσὶ ποιεῖν. Terentius in Andria: Quem ego credo manibus, pedibusque obnixè omnia facturum. ¶ Servi ad manum, vide Ad præpositi. ¶ Ad manum, In promptu, in proximo, & parabile. πρόχειρον. Senec. Ad manum est, quod sat est.

Mānĭcŭla, maniculæ, diminutivum, Vide suprà post MANICON.

Mānĭcŭlæ, manipulus militaris. Varro: Manipulus dictus, quòd manipulatim militum copiæ ibi constiterunt, quasi manicularum.

Mānĭcŭlæ, manic

Ein handvoll/das man in einer hand fassen mag. Hispan. *Cosa que se puede tener en la mano.* Polon. *Pełnagarść, ile wgarści mieścić zewrzesz.* Vngar. *Egy marok.* Ang. *That may be comprehended in the hand.*] Apud Plin. lib. 19. cap. 1. est, qui manus implent nostræ verò ærratis medici *Manipulum* vocant.

Mănŭārĭus, a, um. Quod ad manũ pertinet: [ἐγχειρίδιος. Gall. *Appartenant à la main.* Ital. *Ciò che appartiene a mano.* Ger. Das zu der hand gehört. Hispan. *Cosa perteneciente à mano.* Pol. *Reczny.* Vng. *Kezi.* Ang. *Belonging to the hand.*] unde, Aes manuarium, quod manuum labore acquititur, Gell. Hoc ære quasi manuario collecto, cœnula parabatur.

Mănŭlĕātus, a, um, Manicatus. [χειριδωτός. Gall. *Vestu d'vn habillement ayant manches.* Ital. *Vestido di habito con maniche.* Ger. Des ermel hat. Hisp. *Vestido de vestidura con mangas.* Pol. *Rękawisty.* Vn. *Vyas.* Ang. *Clothed with a garment that hath sleeves.*] Plautus in Pseudolo: Manuleatam tunicam hominẽ habere addecet: hoc est, tunicam manicas prolixiores habentem. ¶ Manicatum aut Manuleatum hominem dicimus, indutum tunicis manicatis. Suet. in Calig. cap. 52: Gemmatasq; indutus penulas, manuleatus, & armillatus in publicum processit.

Mănŭlĕārĭus, Qui vestimẽta manicata conficiebat, ὁ χειριδοποιὸς ἱματίων ποικίλων. Plaut. in Aulul. Aut manulearii, aut myrobrecharii.

Mănŭbrĭum, brii, n. ſ. à manu, Capulus cujuscunque rei appellatur, quòd manu teneatur. [בִּלְבּ *nisſah. κώπη, λαβή.* Gall. *Manche* Ital. *Manico.* Ger. Ein hölltzerein haudthab. Hiſ. *Empunnadura, cuno de eſpada.* Pol. *Rękoieść, rękoyść, rękoyśko.* Vng. *Markolat, nyel.* An. *An handle, hilt, or haſte.*] Plautus in Aulul. Exemi ex manu manubrium. Plin. lib. 16. cap. 43: Hyginus fieri jubet manubria rusticis, carpinea, aligna, cerrea. Col. lib. 11. cap. 2: Vel facta manubria aptare, quorum optima sunt iligneа.

Mănŭbrĭōlum, li, diminutivum, Parvũ manubrium. [τὸ λαβίον, τὸ κωπίον. Gall. *Petit manche.* Ital. *Manicheto.* Germ. Ein hölltzin. Hiſpan. *Pequeña empunnadura.* Polon. *Toporyśka.* Vngar. *Markolatotska, nyeletske.* Ang. *A little haſte.*] Celsus libro 7. cap. 7: Lini duo capita apprehendere, & per ea erecto ungue, si qua parte oculo inhæret, manubriolo scalpelli diducere, donec ad angulum veniat.

Mănŭbĭæ, arum, f. p. Dictæ sunt, quòd manu capiantur ab hostibus. [שְׁלָל *sebalâ.* בַּז *baz.* λάφυρα. Gall. *La deſpouille & le butin qu'on a gaigné ſur les ennemis.* Ital. *Preda, botino.* German. Beut oder Raub ſo dem Feind abgetrungen iſt. Hiſp. *Botin, el deſpojo de la canalgada.* Pol. *Korzyści, zysk przypadający na wojnie wzięta.* Vngar. *Preda, merèſegh.* Ang. *Booties or ſpoile of the enemies.*] Est enim præda ab hostibus capta. Afconius scribit, Manubias esse prædas Imperatorum pro portione de hostibus capta. Cic. 5. Verrina: Invidiæ augendæ causa Manubias vocat, signa & tabulas, quę è Sicilia Verres, tanquam hostium spolia deportaverat: Nonne (*inquit*) perspicuum est, Verrem esse qui vestras villas suis manubiis ornet? ¶ Spolia quoque quæsita de hoste nobili per deditionem, Manubias veteres dicebant, de quibus ut vellent constituerent. Gellius verò libro 13. cap. 25, quid præda à Manubiis distet his verbis declarat: Nam præda, *inquit*, dicuntur corpora ipsa rerum, quæ capta sunt: Manubiæ appellatæ sunt pecuniæ, quæ à Quæstore ex venditione prædæ redactæ sunt. Dicit tamen quosdam non ignobiles scriptores, aut temerè, aut incuriosè prædam pro manubiis, & manubias pro præda posuisse: sed qui propriè locuti sunt, sicut Cicero in oratione de Lege Agraria: Manubias pecuniam dixisse. Quod, *inquit*, ad quemque pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Quo in loco M. Tullius manifestè distinguit Prædã à Manubiis: ut annotavit Nonius Marcellus: qui protsus eadem de Manubiis sentit, quæ Gellius. ¶ Manubias facere, est prædari. Cic. in Verr. Qui manubias sibi tantas ex L. Metelli manubiis fecit. ¶ Est quoque cùm jactus fulminum Manubiæ dicantur, κεραυνοβολίαι. Senec. lib. 2. Quæst. autor est: Iovi tres manubias dari, quarum prima monet: secunda prodesse: tertia adhibitis consilio diis emittitur.

Mănŭbĭālis, & hoc biale, om. t. quod ad manubias pertinet: [λάφυρα τῶν πολεμίων χρήματα. Gall. *De butin.* Ital. *Di botino.* Ger. Das zu der Beut oder dem Raub gehört. Hisp. *Cosa de botin.* Pol. *Do skorzyśc przypadaiąca.* Vng. *Preda vagy domany hoz valo.* Ang. *Belonging to booties.*] ut Manubialis pecunia, quæ ex venditione manubiarum contracta est. Sueton. in August. Quò autem facilius undique urbs aditetur, desumpta sibi Flaminia via Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia sternendas distribuit.

Mănŭbĭārĭus, adject. Manubiarum particeps, Plaut. in Trucul. Amicus mihi visto manubiarius.

Mănŭō, ăre, d. p. furor, furaris, κλέπτω. Accius: Manuatus vestem amicæ.

Mănŭpĕtĭum, dictio composita, Merces pro opera manus. Cicero in Pisonem: Quum verò ista tibi provincia manupretium fuerit non evectæ per te, sed perditæ civitatis.

Manustutor, oris, m. t. qui manu tuetur & tenet, quicquid possidet: Manceps verò, qui manu capit. Plautus Trucul. Video eccum qui manustutorem meo adoptavit bonis. Meo ibi pro me scribendum est, ut hiatus obstruatur, qui versum violaret.

Măpālĭa, orum, n. ſ. [כְּתֹרֶת *chorèth* בָּאוֹת *oeth.* κρήνη, κίδαρις. Gall. *Logettes, maiſonnettes à la mode des Perſes.* Ital. *Capanne.* Ger. *Hunen/ Hirtenhewſle.* Hiſp. *Majadas como de gitanos.* Polon. *Kuczki paſterskie.* Vngar. *Galiba.* Ang. *Cottages builded round lyk ouens.*] Punica lingua, agrestes casæ dicuntur, autore Festo, in quibus quia nihil est secreti, solet id vocabulum solutè viventibus objici. Sunt autem quasi rotundæ cortes, ut inquit Cato lib. 4. Orig. Liv. 9. bel. Pun. Familiæ aliquot cum mapalibus, pecoribus que suis (ea pecunia illis est) profecuti sunt regem. ¶ Mapalia, inquit Servius, idem significat quod Magalia: hoc est, Afrorum casæ: sed Magalia, ma, producit, Mapalia verò corripit. Virg. 3. Georg. & raris habitata mapalia tectis. Idem 4. Aen. Vt primùm alatis tetigit mapalia plantis.

Măppă, æ, f. p. Linteum quo mensa ſterguntur, aut cenè qua manuum sordes in mensa abstergimus. [σύμμυκτον. Gall. *Nape* Ital. *Tonaglia.* German. Ein Tiſchlach oder Tiſchwehel. Belg. Een Tamaſken. Hiſpan. *Las manteles ò toualas.* Pol. *Obrus.* Vngar. *Aſztrok kendö kezke nyö.* Ang. *A table cloth, a table napkin, a towell.*] Nam in convivium pro se quisque mappam afferebat. Mart. lib. 12: Attulerat mappam nemo, dum furta timentur. Plin. lib. 19. cap. 1: Ardentes in focis conviviorum vidimus mappas, sordibus exustis, splendescentes igni magis quàm posset aliquis. ¶ Mappam (inquit Quintil. lib. 1. cap. 9. justitiam Cicero nomẽ Pœni sibi vendicant. Idcirco autem dicit mappam Ciceronem usitatam, quòd in ludis Circensibus Prætor solitus præsidere, qui mappæ missione signum dabat ineundi certaminis. Martial. libro 12: Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam, Prætori mappam surripit Hermogenes. ¶ A Mappa verò fit diminutivum mappula.

Mărăsmŭs, μαρασμός, Tabes: hoc est, totius corporis, vel partis alicujus siccitas, quę accidere solet, humore nativo vi caloris absumpto. A verbo Græco μαραίνομαι, quod est tabesco. ¶ Hinc Febris *marasmodes* à medicis appellatus hecticæ species, quæ cõtingit ex febri ardente adeò propagata, ut humorem totius corporis absumat. Vidè Galenum de Different. feb. lib. 1. cap. 10.

Maratha, quæ in rubris nascuntur mora, quanquam corrupta Hippocratis lectio est, & fortasse pro μάραγρα ἐν ἐρυθρῇ θαλάσσῃ, legendum μάραγρα ἐν ἐρυθρῇ θαλάσσῃ.

Marathis, Hippomarathrum. Dioſc. lib. 3. cap. 80.

Mărathrŏn, [μάραθρον. Gall. *Du fenouil.* Ital. *Finocchio.* Germ. Fenckel. Hiſpan. *Hinojo.* Pol. Wſzelki koper. Angl. *Fennil.*] Latinè fœniculum dicunt. De Marathro & Hippomarathro, vide Plinium lib. 20. cap. 10.

Mărathrītēs, [μαραθρίτης οἶνος. Gall. *Vin de fenouil.* Ital. *Vino di finocchio.* German. Fenckelwein. Hiſpan. *Vino di hinojo.* Polon. Wino koprowe. Vngar. *Feniculomos bor.* Ang. *Wine of fennil.*] Vinum eo modo dictum quo Aromatites: nempe quod marathrum infusum habet: valetque ad visus imbecillitatem adjuvandam. Col. lib. 22. cap 35.

Marcĕo, ēs, ui, ēre, f. Putreo. [מַק *namak* נבל *nabal.* σήπομαι μαραίνομαι. Gall. *Eſtre flestri, pourri & gasté.* Ital. *Marcire.* German. Faulen/ verwelcken: *Item*, abnemmen oder krafftloß werden. Belg. Verſ worden/ verrotten. Hiſpan. *Marchitarſe.* Polon. *Schnąć, więdnąć.* Vn. *El hervadsom, el szaradok.* Ang. *To wither, to corrupt, to waxe rotten.*] Martial. libro 5: Marcentes tibi porrigentur uvæ. ¶ Nonnunquam idem quod langueo, tabeo & tabesco. Ovid. 1. Amorum, Eleg. 13: Cui ego plector amans, si vir tibi marcet ab annis. Cels. lib. 2. cap. 2: Si marcet animus, si corpus torpet, si moveri loquiq; piget. Liv. 3. bell. Pun. Sed qui pugnent, marcere Campana luxuria, &c.

Marcesco, n. t. Putresco. [מַק *namak* נבל *nabal.* σήπομαι μαραίνομαι. Gall. *Deuenir ou eſtre pourri ou gasté.* Ital. *Marcire, guaſtarſi.* German. Anfehen faulen: *Item*, krafftloß werden. Hiſpan. *Marchitarſe, ſer marchito.* Polon. *Gnąć, ſi abiecie.* Vngar. *El apadok, hervadsom, szaradok.* Ang. *To waxe rotten or withered.*] Plin. lib. 10. cap. 48: Corpus occisæ statim marcescit. ¶ Ponitur quandoque pro languesco. Suetonius in Calig. Marcescente adhuc stomacho pridiani cibi onere. Liv. 1. bell. Pun. Ad hæc equitem marcescere desidia. ¶ Hujus composita sunt, Emarcesco, & immarcesco, de quibus suis locis.

Mărcĭdŭs, a, um, adjectivum, Putridus, languescens. [כַּבְ *nabel.* σαπρός, σηπεδών, μάραγμα ποιῶν. Gall. *Vieilli, pourri.* Ital. *Marcio, marcito.* Ger. Faul/ welck. Hiſpan. *Cosa marchita ò muſtia.* Pol. *Zwiędniony.* Vng. *Hervadsom apàd, szárat.* Ang. *Rotten, withered, withered.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Fessis equis aures marcidæ. Plin. in Panegyr. Alii marcidi somno, hesternaq; cœna redundantes, commilitum suorum nuntios opperiebantur.

Mărcŏr, marcoris, m. t. Putredo, vel languor, & cõsumptio, quæ & Tabes dicitur. [מַק *mâk.* σῆψις, σῆψις. Gall. *Vilbiſſure ou pour-*

ve pourriture. Ital. *Marcia.* Germ. Fäule / verwesung / verschrung. Hisp. *Marchitura.* Pol. *Zwedniecie, vschniecie.* Vng. *Rothadás, el aszás.* Ang. *Withering, rulshiwesse.*] Plin. lib. 23. cap. 22: Si ferri vel chalybis aliqua rubigo vel pituita marcorem affecerit. Celsus de lethargo, lib. 3. cap. 20: In hac marcor, & inexpugnabilis pene dormiendi necessitas.

Marchalica. Idem quod Pyrites, teste Georgio Agricola. Nã quod Græci, & post eos Latini *Pyritem*, Arabes *Marchasitam* appellant. Cæterum ne id ubi imponat multa etiam genera Pyritis. De quo alibi Marianus Medicus Apheri citatur ab Actio, Serm. 11. cap. 11, scripsit morborũ remedia varia. Martiaton unguentum ab inventore sic dictum.

Marchion, onis, m. t. Victor Alciato Celticum vocabulum esse, quo Præfectus equitum significetur, quod antè Rhenanus noster admonuit: & Althamerus latiùs explicat, in Commentis Germaniæ, doctissimus vir Glareanus author est, hodie magna ex parte Celticè loq Helvetios, Rauriacos, Sequanos, Rheno proximos, Brigoëtes, ac Elsaticos nostros. Annotavit in §. Alciati, & apud Gallos hodie usurpare *Marcare*, pro eo quod est equitare: & Paulanias scribere, triplicem equitum ordinem è Celtis, qui in exercitu Brennis erãt. Trimartisium dictã, fuisseque hanc vocem, & rerum in Italia potientibus Longobardis, & deinde Francis Regibus (origine Germanis) magistratibus seu equitum nomen, deinde in propriæ jurisdictionis appellationem transisse, sicut & Duces, Comites, Marchiones seu Margraphii, ut Iurisconsultiss. Bonifacius Amerbachius admonuit originem ex Limitaneis præpositis traxêrunt, quòd limitibus, quos vulgò *Marcas* appellamus, graphicè id est præpositi fuerunt. Vide Zas. in tit. Qui feud. clarè posit. ¶ Quidam à Marca, quod equum significat, equotum tabuli Magistrum *Marchallum*, & equotum præfectum *Marchallum* / existimant appellatum. Sed magis est, ut Amerbachii sententiam sequamur. Marchio autem & comes, propriè regni vel Regis capitanei dicuntur, qui ab his Feudum accipiunt: vel Regis capitanei dicuntur, qui ab his Feudum accipiunt propriè Regis vel regni Valvasores, quasi ad valvas stantes, qui & ipsi capitanei nuncupati poterunt. C. si capitanei. de Feud. Marchiæ. Rursum Feudum capientes ab eis minores, Valvasores appellantur. Vide Baronem à Tautenberg. de his, qui Feud dare possit.

Marcipor, Marci puer: hoc est famulus: sicut Publipor, Lucipor, & alia hujusmodi. Plin. lib. 33. cap. 1: Singuli Marcipores, Lucipores, ve dominorum gentiles, victum in promiscuo habebant. Quibus verbis significat Plinius, phicos Romanos habuisse singulis servis contentos fuisse quare Marcipores, quasi Marci pueri vocabantur: hoc est, ministri & assecłæ, ut Græci παῖδας, vocant servos. Quod in numerosa familia postea fieri non potuit. Fabius lib. 1: In servis jam intercidit genus illud nominis, quod ducebatur à domino: unde Marcipores, Publipores.

Marcellus. Est nomen instrumenti, quo fabri æraii uti solent. [σκῖπις, *pastillus, scapreus, χαλκεῖον σκέλος.*] Gal. *Vn marteau de chaudronnier.* Ital. *Martello di magnano.* Germ. Ein hammer oder der gleichen werckgeschirr der Arbeschmiden. Hisp. *El martillo de los caldereros.* Pol. *Młot.* Vng. *Kalapács.* An. *A coppersmithes hammer.*] Plin. lib. 7. cap. 56. Tegulas invenit Cinyra Agriopę filius, & metallaxerit, utrunque in insula Cypro: item forcipem, marculum, vectem, incudem. Martial. lib. 12: Nec cogitandi spatium nec quiescendi in urbe locus est pauperi, negant vitam ludi magistri mane nocte pistores, æraniorum marculi die toto. Martialis scribit Turnebus.

Mare, hujus maris, o. t. Pelagus, oceanus, æquor, dictum (ut putatur) ab amaritudine aquarum. [ים *jam. bahara.* Gal. *La mer.* Ital. *Mare.* Germ. Das Meer. Hispan. *La mar.* Pol. *Morze.* Vng. *Tenger.* Ang. *The sea.*] Virgil. 2. Aeneid. vastum maris æquor arandum. Idem 2. Aeneid.: quũ Iupiter æthere summo Despiciẽs mare velivolum, terrásq; jacentes. Cicer. 1. Tuscul. translatè. Tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio. ¶ Maximum autem illud mare, quod totam terram ambit, à velocitate Oceanum appellant. Illud verò quod inter Abylam & Calpen irrumpens, Africam dividit ab Europa, Mediterraneum mare vocatur. Virtusque autem maris partes à provinciis quas alluunt, varia sortiuntur nomina. Sic oceanum Atlanticum vocamus mare illud quod ab Occidente Atlantem montem alluit. Britannicum, quod Britanniæ: Germanicum, quod Germaniæ est proximũ. Ad hunc etiam modum Euxus ille maris, quem Mediterraneũ mare vocamus, à regionibus quas alluit, varia invẽnit nomina. Nam ubi Hispaniam alluit, Ibericum appellatur: ubi Liguriam, Ligusticum: ubi Tusciæ proximum est, Tuscum mare, vel Tyrrhenũ appellatur. Sed hæc latiùs suis locis. Mare cœlo miscere, Est omnia turbare, nihilq; non facere. Virgilius de Iunone omnia adversum Trojanos tentante: - maria omnia cœlo Miscuit. Iuvenal. Satyr. 6: - clames licet, & mare cœlo Confundas, homo sum. Mari terráque quærerendi est, ubique. Plaut. in Pœnul. - postquam eas perdidit, Mari terráque illas usquequaque quæsit. Sic Cicero: Terra marique conquirere. ¶ Mare rubrum, quandoque pro sinu maris usurpatur. ¶ Mare rubrum, ἐρυθρὰ θάλασσα, sinus maris est, Arabiam Felicem à meridie alluens, ab angustiis Arabici sinus usque ad sinum Persicum extensus. Rubrum appellatum, non quòd aqua ejus re vera sit rubra (ut plerique putaverunt) sed quòd ejusmodi appareat, à subjectæ arenæ rubedine, vel Solis repercussu. Sive (quòd magis placet) imitatione Græcorum, qui mare nos Erythræũ appellarunt, ab Erythra rege Persei & Andromedes filio, qui ea in ora imperavit: ubi etiam sepulcrum ejus ostendi solet. teste Strab. lib. 16. Latini itaque rati Erythræum à Græcis dictam, quòd ἐρυθρὸν hoc est, rubrum esset, ipsi quoque Rubrum mare appellarunt. Vide latiùs apud Strab. loco jam indicato. ¶ Mare mortuum, Iustinus Hist. lib. 30. de Iudæa: In ea regione lacus latus est, qui propter immobilitatem mortuum mare dicitur. Hic Asphaltites lacus Iosepho, Plinio, Solino.

Marinus, a, um, Quod mare incolit, vel quod est in mari, vel ex mari. [θαλάσσιος, ἁλικός.] Gal. *De mer, marin.* Ital. *Marino.* Ger. Das in dem Meer wohnet. Hisp. *Cosa de mar.* Pol. *Morski.* Vng. *Tengeri.* An. *Of the sea.* Jus Piscis marinus. Marina aqua, Ostreæ marinæ. apud Plin. lib. 10. cap. 69. Cicer. 2. de natura deorum: Probabile est igitur præstantem intelligentiam in syderibus esse, quæ & ætheream partem mundi incolunt, & marinis terrenisque humoribus longo intervallo cetenuatis alluntur. ¶ Transmarinũ autem dicimus, quod trans mare est. ὑπερπόντιος, ὑπερθάλασσος. ut Transmarinæ merces, & Transmarinus triumphus.

Marisimus, a, um, pen. corr. Quod ad mare est, vel quod ad mare vel in mari sit. [ἁλικώτατος, ναυτικώτατος.] Gal. *Maritime, qui est ou demeure auprès ou sur la bord de la mer.* Ital. *Marittimo.* Germ. Das an das Meer stosst: das des Meeres ist. Hisp. *Cosa cerca de la mar.* Pol. *Nad morski.* Ang. *That dwelleth by the sea coast.*] ut Ora maritima. χώρα ἐπιθαλασσιδία. Gens maritima, bellum maritimum. Cic. ad Attic. lib. 2: Quod extremum est, ie in Arpinati videbimus, & hospitio agresti accipiemur, quia maritimum hoc contempsisti. Plaut. Cist. Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Maritimis moribus mecum expetitur, ita meum frangit amantem animum. Id est, periculum de me ita facit, ut mare quum jactatur variis fluctibus. ¶ Accipitur etiam aliquando maritimus, pro eo quod ex mari est, vel quod ad mare pertinet, pro marino. Cicer. 2. de Nat. deor. Aestus maritimi multum accedentes & recedentes. Sic etiam Plaut. in Rud. fluctus maritimos dixit, pro fluctibus marinis.

Margă, gæ. f. p. [Ger. *Mergel ist ein ganata worffe Erdtrich / die Ötter damit zu misten.*] Genus terræ in modum creiæ albæ, qua rustici utuntur ad agros stercorandos. Vide Plin. lib. 17. cap. 6.

Margărides, ἀργαρίδες, Palmæ sunt à margaritis nomen trahentes, quoniam & breves & candidæ, & rotundæ sunt, nucis, quàm balanis similiores. Plin. lib. 13. cap. 4.

Margărĭtă, f. p. vel margarĭtus, ti, pen. pro. n. C. [מרגלית *bedhollach* פנינים *pentinim.* μαργαρίτης.] Gal. *Vne perle.* Ita. *Perla.* Ger. Ein pärlin. Belg. Een paerle. Hisp. *Margarita mezcalda o perla gruessa.* Pol. *Perła.* Vng. *Drágakö gyöngy.* Ang. *A pearle.*] Lapillus candidus est in conchis natceus, quem Romani *unionem* vocant, quòd nulli duo reperiantur indifferenti. Plin. lib. 9. cap. 35: Principium ergo, culmenque omnium rerum pretii margaritę tenent. Espaulò pòst: Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, pondere, haud promptis rebus: in tantum, ut nulli duo reperiantur indifferenti. Cicero 6. Verr. Nego ullam gemmam, aut margaritam fuisse quin abstulerit. Tacitus in vita Agricol. Ferè Britannia aurum & argentum, & alia metalla gignit, & Oceanus margarita, sed fuisca, & liventia. Galli sua lingua vocant *Perlas.* ¶ Margaritum in neutro genere. Sosipater tamen reprehẽdit. Ita enim ait: Margaritum dicere vitiosum est, propterea quòd Græca nomina in ης terminata, transeũt in α, ut ἀγωνιστής, charta, ἀγωνιστής ἀθλητής, athleta. ἀγωνιστής, margarita. Vitiosè tamen, eodem teste, & Varro ipse linguæ Latinæ ἀγωνιστής libro 8. Epistol. Et præter eum Valgius in epigrammate.

Margăritarii, m. f. [μαργαριτοπῶλαι.] Gal. *Vendeurs de perles.* Ital. *Venditore di perle.* Germ. Pärlinkramer / die mit pärlin umbgehn. Hisp. *Vendidores de aljofares menudos o gruessos perlas.* Pol. *Perłowi kupcząci.* Vng. *Gyöngy árúsok.* Ang. *That selleth pearles.*] Negotiatores, mangonésque margaritarum, apud Firmicum.

Margărĭtĭfĕr, a, um. adject. Quod fert margaritas. [μαργαριτοφόρος.] Gall. *Producisant perles.* Ital. *Che produce perle.* Ger. Das pärlin tregt oder gebirt. Hisp. *Cosa que trahe o cria aljofar o perlas.* Pol. *Perłorodzący.* Vng. *Gyöngy termö.* Ang. *That beareth pearles.*] Plin. lib. 32. cap. 11: Cocharum genera, inter quæ & margaritiferæ cochleæ.

Margo, tàm masculini quàm fœminini generis, uniuscujusq; rei extremitas. [קצה *chatzah* ספה *saphh.* ὄριον, περιφέρεια.] Gal. *La bord de quelque chose que ce soit, la marge, la frontiere.* Ital. *Margine.* Ger. Das eusserist an einem jettlichen ding / das Bort. Belg. *Den cant.*

Hisp.

Hisp. *La margen ò cabo de alguna cosa.* Po. *Brzeg, krai, burta.* Vn. *Zel.* Ang. *The brimme or edge of a thing, the margent.*] Ovidius lib. 1. Metam. nec brachia longo Margine terrarũ porrexerat Amphitrite Iuven. Sat. 12: plena jã margine libri. Margines testudinis. Plin. lib. 9. cap. 20: Dentes non sunt testudini, sed rostri margines acuti, superna parte inferiorem claudẽte pyxidum modo. Margines fluminum. Varr. 5. de Re ruſt. cap. 5: Quum habeam sub oppido Casſino flumen, quod per villam fluat, liquidum, & altum marginibus lapideis, latum pedes LVII. ¶ Margines imperii. Plin. lib 12. cap. 20: Quin & in nostro orbe fericur extremo in margine imperii, qua Rhenus alluit. Gramineus margo fontis, Ovid. 3. Metam.

Mărgĭnĕus, a, um, & Marginatus, a, um: [*μαργινωδὴς, περιγεγραμμένος.* Gall. *margé, qui a grand bord.* Ital. *De grande orlo ò margine.* Ger. Das ein groß bort hat. Hisp. *Cosa que tiene margen.* Pol. *Brzegowy.* Vng. *Zeles, (szegy) az kinek széle vagy az.* Ang. *That hath a bordour or brimme.*] ut Marginata tabula, apud Plin. lib. 35. cap. 12. quæ marginem habet latiſſimum.

Marinus, Maritimus, Vide MARE.

Mărĭſcæ, f. p. Ficus grãdiores, ſed inſipidæ, quas Græcis βαδίσκαι appellari tradit Feſtus [בכר *pagholim.* Gal. *Figues folles.* Ital *Fichi ſciapiti.* Germ. Wagelſchmacke feygen. Hiſp. *Vn cierto genero de higos ſin ſabor.* Pol *Figi niemiłe.* Vng. *Bogyolosztalan fügye.* An. *Wild or vnſauory figges.*] Mart. lib. 14: Infanti melimela dato, fatuáſq; mariſcas. Plin. lib. 15. cap. 18. Cato de ficis ſerendis ita meminit: Ficos mariſcas in loco cretoſo, & aperto ſerito. Colum. lib. 10: Purpuræque chelidonię, pinguéſque mariſcæ. ¶ A fructus hujus ſimilitudine etiam Mariſcæ dicuntur, tubercula ulceroſa, quæ ex præpoſtera libidine circa podicem naſcuntur: & Fotaſſe eadem ſunt cum illis, quæ Martialis in Cæcilianum Ficos appellat. Iuven. 2. Satyr. Cæduntur tumidæ, medico ridente mariſcæ.

Mărĭſcus, m. f. vel mariſcum, n. f. [Ger. Groſſe binſen ſo in Seen und weyern wachſen.] Genus junci majoris, quem ὀλόσχοινον Græci vocant: hoc eſt, totum junctum. Ex eo fiunt tegetes, & marinæ naſſæ: ut ait Plin. lib. 21. cap. 18.

Mărĭtus, ti, m. f. Vxoris vir, à nomine Mas, maris [בעל *bâhal* איש *iſſh. uxor, jacuit.* Gal. *Mary.* Ita. *Marito.* Ger. Ein Ehemañ. Bel. Een gehoutman. Hiſp. *Marido de mõger legitima.* Pol. *Mąż ienek.* Vng. *Feri vr.* An. *An huſband or married man.*] Plautus in Caſ. Quid agis tu marite, mi vir? unde ornatu hoc Advenis? ¶ Ignara puella mariti: hoc eſt, virgo, Horat. 2. Epiſt. 1. Iura violata mariti, Ovid. 2. de Arte. ¶ Ponitur aliquando ſimpliciter pro maſculo, & de aliis quoque animantibus dicitur: ut de gallinaceo apud Colum. lib. 8. cap. 15: Rarior eſt in his avibus, mariis bonitas. Olentis uxores mariti, dictæ captæ, Horat. 1. Carm. Ode 17. ¶ Maritæ, dicuntur mulieres nuptæ. [בעולת *bebulâth. cumcubitu.*] Gal. *Femmes mariées.* Ital. *Donne maritate.* Germ. Ehewyber. Hiſpan. *Mugeres legitimas de alguno marido.* Pol *Żona.* An. *Maried women.*] Ovid. lib. 2. Faſtor dura cum ſorte maritæ Reddebãt uteri pignora rara ſui. Hinc maritos pro conjugibus Papinianus poſuit in l. 52. in fin. D. de donat. inter virum & uxor. Nam quo caſu *inquit*, inter cæteras cõdictio naſcitur, inter maritos nihil agitur. ¶ Trãſfertur autem ad arbores vitiferas, quales ſunt ulmi & populi, cæteræq; id genus arbores, quibus vites applicantur, quáſque ſuis claviculis complectuntur. Plinius lib. 14. cap. 1: Iam in Campano agro populis nubunt vites, maritásque complexæ, atq; per ramos earum procacibus brachiis, geniculato curſu ſcãdentes cacumina æquant.

Mărĭto, tas, act. p. Viro trado, ſeu aſſocio. [בעל *bahal. cumcubuit.*] Gal. *Marier, eſpouſer.* Ital. *Maritare.* Germ. Verheyrathen. Belg. Houwen/trouwen. Hiſ. *Ayuntar marido y muger.* Pol. *Zamąż dáie.* Vn. *Ferneh adom.* Ang. *To marie.*] Suetonius in Veſp. capite 14: Vitelli hoſtis ſui filiam ſplendidiſſimè maritavit, dotavitq; etiam, & inſtruxit. Tacit. lib. 12: Capto rurſus initio, quando maritandum principem cuncti ſuaderent, deligi oportere fœminam nobilitate, puerperiis, ſanctimonia inſignem. ¶ Neque ſolùm de hominibus, ſed etiam de aliis dicitur: ut de arboribus, quæ vites ſuſtineat. Colum. lib. 5: Sexto anno ſi jam videbitur firmà, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur. Et lib. 4. cap. 1: Et ideo maritandis arboribus nemo minorem bipedanea ſcrobem vitibus comparat. ¶ Maritari etiam dicuntur canes. Varr. 2. de Re ruſt cap. 9: Tum enim dicuntur catuli: id eſt, oſtendere ſe velle maritari.

Mărĭtalis, & hoc maritale, om. e. [γαμικὸς & γαμετός. Gal. *Appartenant à mariage ou mari.* Ital. *Pertinente à mariaggio, ò marito.* Ger. Das zu dem Ehemañ oder der verehelichung gehört. Hiſ. *Cosa pertenesciente à caſamiento ò à marido y muger.* Pol. *Małżeński.* Vng. *Házassághoz vagy ferjhez való.* Ang. *Belonging to mariage or an huſband.*] Colum in Proœm. lib. 12. Xenophon Atheniẽſis eo libro P. Sylvine, qui Oeconomicus inſcribitur, prodidit maritale cõjugium ſic comparatum eſſe natura, &c. Capiſtrũ maritale. Iuvenal. Sat. 6: Stulta maritali jam porrigit ora ca-

piſtro. Veſtis maritalis, Ovid. 2. de Arte: Luſa maritali Gallica veſte manus.

Mărĭtŭs, a, um, adject. Idem quod conjugalis. [γαμικὸς. Gal. *Marié, conioint ou lié auec.* Ital. *Coniugale.* Ger. Das der Ehestand ſtrichetnb. Hiſ. *Cosa de marido y muger.* Pol. *Do męża należąca przynależąca.* Vn. *Ferjes hazas.* An. *Marijal.*] Liv. lib. 7. terni bel. Pan. Vagabatur cum uno aut altero comite per maritas domos dies noctésque. Ovid in Epiſt. Paridis ad Helenam: An pudet, & metuis Venerem temerare maritam, Caſtáque legitimi fallere jura tori? ¶ Sic maritum olivetum per tranſlationem dixit Colum. lib. 5. cap. 11: Rariſſimum (*inquit*) arbuſtum, vel olivetum, quod non fuerit maritum, ſingulis deſtinatur. ¶ Marita pecunia hoc eſt, dotalis, apud Plaut. in Epid. Pulchra ædepol dos pecunia eſt P. Quæ quidem ædepol non eſt maritæ.

Mărmărĭtes, [μαρμαρίτης Pol. *Folium ruta.*] Herba à quibuſdã appellatur, quam Dioſcorides, καπνὸν: nos Fumariam, vel ſuperterre dicimus. Eſt autem ex iis nomenclaturis, quas inter natha Dioſcoridis rejiciunt eruditi.

Mărmărĭtis, dis, pen. prod. μαρμαρῖτις. Herbæ genus, quam alio nomine Aglaophotim vocant, propter admirabilem colorem. Naſcitur in Marmoribus Arabiæ: qua de cauſa Marmaritis vocata eſt. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

Mărmŏr, oris, pen. prod. n. t. [שיש *ſchâiſch.* μάρμαρος. Gal. *Marbre.* Ita. *Marmo* Ger. Ein Marmelſtein. Hiſ *Piedra marmol, ó marmol.* Pol. *Marmurowi Kamien.* Vng. *Mamolkö* Ang. *Marble ſtone.*] Genus lapidis duriſſimi, & ſolidiſſimi: cujus & diverſa ſunt genera. ¶ Quoddam enim album, Parium dicitur à Paro inſula: quare & in Liguria olim Lunenſium lapicidinæ dederunt. ¶ Aliud Lacovicum, quod eſt viride, & conſtis hilarius. ¶ Aliud Luculleum, quod ſcitè aquam erat, quo delectatus Lucullus illi nomen indidit. ¶ Aliud Ophites à maculis ſerpentum, quibus diſtinguitur, nomen accepit. ¶ Aliud Porphyrites, quod eſt rubrum, cãdidis interveniẽtibus punctis, quod & Leucoſtictos vocatur. ¶ Baſalites ferrei coloris & duritiæ, unde nomen mutuatur. ¶ Onychites, ex Arabiæ montibus eſt, ex quo vaſa potoria in Germaniam afferuntur. ¶ Alabaſtriten quoque candidum cavare ſolent ad myrotheca: quoniã unguenta incorrupta ſervare creditur. Sunt & alia marmoris genera, quæ brevitatis cauſa omitto. Vide Plin. lib. 36. cap. 7. Templum de marmore. Virg. 4 Aeneid. Præterea fuit in tectis de marmore templũ. Inciſa notis marmora. Horat. 4 Carm. Ode 8. Virg. 6. Aeneid. ſolido de marmore templa.

Mărmŏrārĭus. [Vn. *Marmany kewbõl ſpitetni.*] Lampridius in Alex. Severo: Hoc genere marmorandi ſtatuas Coloſſeas in urbe multas locavit.

Mărmŏrātĭo, onis, f. t. Conſtructio ex marmore. [μαρμάρωσις. Gal. *Baſtiment de marbre.* Ita. *Fabrica di marmo.* Germ. Ein bauw oder beſetzt auß Marmelſtein. Hiſ. *Enſoladura de marmol.* Pol. *Zamarmowánie.* Vng. *Marmany kewbül valo epités.* An. *A building of marble ſtone.*] à Marmoro, ras, quod eſt ex marmore conſtruo. Apuleius lib. 3. Flor. Quid igitur ſupereſt? ad ſtatuæ meę honorem? pavimenti marmoratio, nec proſcęnæ contabulatio, nec ſcenæ columniatio, ſed nec culminis æris pretium, & artificis miniſterium, quæ mihi ne in mediocribus quidem civitatibus, iniquè deſuêre.

Mărmŏrātus, a, um, Ex marmore factus, vel marmore obductus: [μαρμαρωτὸς. Gall. *Paué ou reuestu de marbre.* Ital. *Coperto di marmo.* Germ. Mit Marmelſtein bedeckt/ gemarmelt. Hiſp. *Edificio de piedra marmol, cubierto de marmol.* Polon. *Marmurem nakryti, marmurowy.* Vn. *Marmay, kewbõl ſtvealt marvan kewes.* An. *Paued or vnrelayed with marble ſtone.*] ut Marmorata pavimenta apud Ciceronẽ 2. de Legibus. Varro lib. 3. de Reruſt. ſubſtantivũ uſurpavit. Intrinſecus (*inquit*) quaſi leviſſimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinuntur, & extrinſecus circum feneſtras, ne mus aut lacerta arrepere ad columbaria poſſit.

Mărmŏrĕus, a, um, Ex ſolido marmore factus: [μαρμάρινος & μαρμάρεος. Gal. *De marbre.* Ital. *Marmoreo, di marmo.* Ger. Marmelſteinen. Hiſ. *Cosa de marmol.* Pol. *Z kámienia marmuru ſporządzony.* Vng. *Marmaru kewbol ſtvealt.* Ang. *Made of marble.*] ut Sepulcrum marmoreum. Plinius lib. 13. cap. 1. Varro autor eſt, Pitium quendam Prætura functum marmorei ſignificiem habuiſſe propter id vitium. Cicero pro domo ſua: Columnæ marmoreæ ex ædibus meis inſpectante Populo Romano ad ſocerum Conſulis portabantur. Ovid. 4. Metam. Marmoreum ratus eſſet opes. ¶ Tecta marmorea, & ſola marmorea, apud Ciceronem in Parad. Cervix marmorea: hoc eſt, cãdida, nitei marmoris ſimilitudine, Virg. 4. Georg.

Mărmŏrĕus, a, um, adject. [μαρμαρώδης. Gal. *Plain de marbre, dur comme marbre, reſſemblant à marbre.* Ital. *Pieno di marmo, duro come marmo, ſimile à marmo.* Germ. Dem Marmelſtein gleich/hart wie Marmoſtein. Hiſ. *Cosa llena de marmol, ó que tiene marmol, ó ſemejante à marmol.* Polon. *Marmurowi podobni.* Vng. *Marvan kö meggyaran vala, marvan kewes.* Angl. *Full of marble, reſembling marble.*]

marblé.] Quod marmoream formam, vel duritiem habet. Plin. lib. 33. cap. 12: Sil propriè limus est: optimum ex eo quod Atticum vocatur. Pretium in libras XXXII. Proximum marmorosum sub dimidio Attici pretio.

Marmotæ, mures Alpini. [German. Murmelthier.]

Maronia, Centaurea è Maroniæ Thraciæ monte & Maronis civitate, quibus locis copiosè fortasse, vel præsegnis nascitur. Vide Dioscorid. lib. 3. cap. 7.

Mārplacidæ, Navigii genus, quo Siculi utebantur.

Mārrā. Ferreum instrumentum, ad excindēdas herbas accommodatum. [מחרשה *machareſchāh. τὸ μαχαίριον.* Gall. *Vne marre de vignerons.* Ital. *Marra.* Ger. Ein beckhewe/ein krauthaume. Hisp. *Almadana à marra.* Pol. *Graca.* Vng. *Zarasa, agas kapa asa.* Ang. *A mattock or pikax.*] Col. lib. 10: Contundat marra, vel fracti deligonis. Iuven. Sat. 3: Ne marræ, & sarcula desint.

Marrubium, bii, n. s. Herba satis nota, quæ exulcerare vesicā putatur. Græci πράσιον, alii Linostrophon, quidam Philopæda, nonnulli Philochares appellant. [Gall. *Herbe appelle du Marrobium.* Ital. *Marrobio.* German. Wasser Andorn/oder Marobu. Hispan. *Marrubio, Marrojo.* Polon. *Santa.* Angl. *An herbe called marrubium, or horehound.*] Plin. lib. 20. cap. 22. ¶ Est & Marrubium nigrum, πράσιον μέλαν, & βαστάρνη à Græcis appellatum: quod & Marrubium fœtidum nonnulli nominant, apud Dioscorid. lib. 3. cap. 115. & 118.

Mars, Martius, Martigenus. Martialis, Vide MARS in PROPRIIS.

Marsŭpium, pii, n. s. Loculi, sacculus numorum. [כיס *chis.* πήρωμα. Gall. *Gibeciere, bourse.* Ital. *Borsa.* German. Ein Seckel oder Täsch. Hispan. *La bolsa.* Polon. *Mieszek.* Vngar. *Seb erszeny.* Ang. *A leather purse, a mallet.*] Cato de liberis: Et quod pernicium est, majorem curā habere marsupii nostri, quàm vitæ nostræ. Plaut. Amph. Vt bene nummatū servaretur marsupium. Varro 3. de Re rust. cap. 17: Magis ad oculos pertinent, quàm ad vesicam: & potiùs marsupium domini eximant, quàm replent.

Mārtes, tis, f. t. Feta exigua, ex genere mustelarum: cujus pellis summo habetur in pretio. [German. Ein Marder. Polon. *Kuna.* Ang. *A fulmer or polecatte.*] Mart. libr. 10: Venator capta marte superbus adest.

Mārtyr, martyris, com. t. [עד *hedh. μάρτυς.*] à Græcis dicitur, quem nos *testem* vocamus. Quo factum est, ut qui sanguinis sui pignore Christo divinitatis testimoniū dederunt, Martyres vocentur. ¶ Hinc martyrium μαρτύριον, testimonium. ¶ Item Martyriū pro templo martyribus dicato ponitur apud impp. in lege 13. & lege decernimus. C. de sacrosanctis ecclesiis.

Maruda, Mentiræ genus, quod heminas sex capiebat. Autor Iulius Pollux.

Marum, μάρον Dioscoridi, Herba est furculosa, flore origani, sed odoratiore, foliisq; multò candidioribus: quæ circa Magnesiam & Tralleis copiosa gignitur. Plin. quoq; lib. 12. cap. 24. in Aegypto marum nasci tradit, sed pejus, quàm Lydium, majoribus foliis, ac variis.

Mās, maris, m. t. Masculus: cui opponit Fœmina. [זכר *zachār. ἄρσην, ἀρσενικὸν.* Gall. *Masle.* Ital. *Maschio.* German. Ein Mañ oder Mannsbild. Hispan. *El macho.* Polon. *Mąż, samiec.* Vngar. *Ferfi.* Ang. *The male.*] Cicero 1. de Natura deorum: Bestiæ aliæ mares, aliæ fœminæ sunt. Liv. lib. 8. bel. Pun. Cære porcus biceps, & agnus mas, idemque fœmina. Colum. libro 8. cap. 2: Contumax ad concubitum dedignatur gallina admittere marem. Varro 3. de Re rust. cap. 12: Quis item nescit, paucos si lepores mares in fœminas intromiserit, brevi tempore fore ut impleatur leporarium? Colum. lib. 6. cap. 24: Mense Iulio fœminæ maribus plerunque permittendæ.

Māsculēsco, is, ere, n. t. Est masculū fieri. [זכר *zachār. ἀρσενόομαι.* Gall. *Deuenir masle.* Ital. *Immaschirsi.* German. Zu einem Mann werden. Hispan. *Hazerse macho ò mas rezio.* Polon. *Mężnie.* Vng. *Ferfiuo lessek.* Ang. *To turne to the male kind.*] Plin. lib. 18. cap. 13, derapis & napis loquens: Genera eorum Græci duo prima fecēre, masculinum, fœmininumq;: & ea serendi modo ex eodem semine. Densiore enim satu masculescere: hoc est, ex fœminis masculos fieri.

Māsculo, las, act. p. Masculum animum induo, firmo, roboro. [חזק *chazak. ἀνδρίζω.* Gall. *Faire masle.* Ital. *Immaschire.* Germ. Männisch vnnd geherzet machen. Hispan. *Hazer macho.* Pol. *Męska śmiałość czynić.* Vngar. *Ferfias emöet vfitlik.* Ang. *To mak of the male kind.*] A' quo commasculo. Apuleius 2. de Asino: His cognitis, animum meum commasculavi.

Māsculētum, ti, n. s. Locus in quo plantæ vinearum masculæ consitæ sunt. Plantæ autem masculæ sunt, quæ non subiguntur, ut palmites alios emittant: sed altiùs crescunt, & in altum attolli permittuntur. Plinius libro 17. capite 22: Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum usque pedamentum emitti: quod alii Dracones, alii Iuniculos vocant, ut faciant quæ Masculeta appellant.

Māsculus, li, substant. m. s. diminutivum. [זכר *zachār. ἀρσενικός.* Gall. *Masle.* Ital. *Maschio.* German. Ein Mānlin. Hisp. *Macho.* Polon. *Męszczyzna.* Vngar. *Ferfiatska ferfi gyermek.* Ang. *Male.*] Plaut. in Cistel. Bona fœmina, & malus masculus hic te volūt. ¶ Aliquando adjectivum est, idem significans quod masculinus, ut Masculā facies. ἀρρενωπία. Masc. la Sappho, dicta est ab Horat. lib. 1. Epist. eò quòd tribas esset, & in portentoso mulierum concubitu viri vice fungeretur. ¶ Masc. la proles, Horat. 3. Carm. 6: Sed rusticorum mascula militi proles, Sabellis docta ligonibus versare glebas. ¶ Aliquando accipitur pro forti, & vehementi, & quod virum decet. Sic mascula bilis dicitur à Persio 5. Sat. -calido sub pectore mascula bilis intumuit. Plin. lib. 12. cap. 14. quandam thuris speciem Thus masculum appellat, ad differētiam fœminini. Idcirco autem thus masculum quidam dici putant, quòd ceteris speciem habeat.

Māsculīnus, na, num, Quod est maris, sive masculi. [ἀρσενικός. Gall. *De masle.* Ital. *De maschio.* German. Mānlich. Hispān. *Cosa de macho.* Polon. *Męski.* Vngar. *Ferfiu.* Angl. *The male kind.*] Plinius libro 18. cap. 13: Genera eorum Græci duo prima fecēre, masculinum, fœmininumque, & ea serendi modo ex eodem semine.

Māspētum, maspeti, pen. cor. [μάσπετον Dioscoridi. Germ. Die stengel oder bletter von einem frembden kraut Lasser genannt.] Caulis est laserpitii serulæ similis. Plin. autem lib. 19. cap. 3. folia laserpitii hoc nomine tradit appellari.

Māss-ă, massæ, f. p. Farina macerata, & aqua subacta. [עריסה *harisāh.* בצק *batsēk. μᾶζα.* Gal. *Paste, masse, chose massiue & espesse.* Ital. *Pasta & simili cose spesse.* Germ. Ein teig: Item, ein trog. Belg. Een deychstomp. Hispan. *La massa de pan y tal cosa semejante.* Pol. *Ciasto.* Vngar. *Teszta.* Ang. *Paast, all thing thick and massie lyk paast, à masse or wedge.*] ¶ Significat etiam quicquid densum est, spissúmve ad similitudinem farinæ subactæ: ut Massa auri, Massa ferri: hoc est, pila, & veluti moles. Colum. lib. 12. cap. 52 Quidam ferri massas exurunt, ita ut ignis speciem habeant. Virg. 1. Georg. -massam picis urbe reportat.

Māssŭlă, ejus diminutivum est. [τὸ μᾶζάριον, ὁ μᾶζίσκος. Gall. *Petite masse.* Ital. *Piccola massa.* Germ. Ein teigim oder tröglin. Hisp. *Pequenna paila.* Pol. *Ciasiko.* Vng. *Teszatska.* Ang. *A litle masse.*] Col. lib. 12. cap. 38: Post hæc complures ex ea massulæ fiunt, & ita per latera seriæ in mustum demittuntur, &c.

Massariciæ. Vocabulum è vulgi trivio sumptum, ut pleræque ejus notæ apud Doctores reperiuntur. Bartolo dicuntur supellectilia ad domū pertinētia: quod & alicubi Zas. indicavit.

Māssāris. Vva est, quæ ex vite sylvestri cum flore in Africa decerpitur: medicinæ tantùm, & odoramentis idonea. Plin. libro 12. cap. ult. & in Procœmio libri 23.

Māstiche, es, pen. corr. f. e cum aspiratione in ultima syllaba, μαστίχη, Dioscoridi. [Gall. *Du mastich.* Ital. *Mastice.* German. Ein gummi auß dem bawm tentisco. Hisp. *El almaciga, goma de lentisco.*] teste Plin. lib. 12. cap. 17, lacryma est, quam lentiscus arbor gummi modo sudat.

Māsti, pro fistulis, Vide MASTVS.

Māstix, pro brucho apud Nicandrum.

Māstix, igis, pen. obliquorum prod. m. t. Scutica, flagrum sive lora quibus mancipia cæduntur: [דוש *sibot* שוט *sibotēk. μάστιξ.* Gall. *Foüet, verges à fessier.* Ital. *Staffile, sferreggiata.* Germ. Ein geissel. Hisp. *Elacote.* Pol. *Bicz.* Vng. *Ostor, korbacs.* Ang. *A whip to whipe seruandes with.*] à Græco verbo μάστιγόω, flagris cædo. ¶ Inde Homeromastix appellatus est Zoilus ille Homeri calumniator. Vide infrà in dictione ZOILVS.

Māstīgŏphŏrŭs, m. s. μαστιγοφόρος. Dicebatur servus flagellifer, qui scilicet agonotheras in sacris certaminibus comitabatur, virgas præferens, ad submovendam turbam, & cohibendas seditiones. Budæus.

Māstī-gĭă, antep. prod. m. p. Verbero, verberibus dignus. [μαστίγιαι. Gall. *Digne d'auoir du foüet, batable.* Ital. *Huomo da bastone, pezzo d'asino.* German. Der geissens wērt ist. Hispan. *Azotadizo.* Pol. *Biczowania godzien.* Vngar. *Veressegre meltoo.* Ang. *A knaue worthie to be scourged.*] Plaut. Crucior lapidem non habere, ut illi mastigiæ cerebrum excutiam.

Māstīgĕ-ŭs, mastigei, Mastigia. Plaut. in Trinum. Aggrediundus est hic homo mastigeus.

Māstrŭcă, f. p. Vestis genus, qua Sardi utebantur. [ἡ μαστρούκα. Gall. *Vne sorte d'habillement duquel vsent les Sardes.* Ital. *Veste vsata da Sardi.* German. Ein gattung eines Kleids der Weibern in der Insel Sardinia. Hispan. *Vestidura propria delos de Cerdeña.* Pol. *Szata.* Vngar. *Zeör.* Angl. *A kind of garment which the Sardes vseth.*] Cicero pro Scauro: Quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit.

Māstrŭcātŭs. Qui mastruca utitur [ἡ μαστρουκοφορία, μαστρουκοφόρος. Gall. *Vestu de tel habit Sardien.* Ital. *Vestito di tale habito.* German. Mit einem solchen Sardinischen Kleid angethan. Hisp. *Vestido de aquella veste.* Polon. *Wegnie vbrano.* Vngar. *Zeörbe.* Ang. *Clothed with a garmet of the Sardinians.*] Cicero de prov.

Conf. Res in Sardinia cum maſtrucatis latrunculis à Proprætore una cohorte auxiliaria geſta.

Māſtrŭpāri, Eſt manu tractando virilia rem Veneream perageré. διφησθαι. Inde maſtrupatores dicti, quo verbo utitur Mart. Maſtrupabantur Phrygii poſt oſtia ſervi: hoc eſt, præputia ducebant. Nam à manu & ſtupro derivatur. Hi alio nomine ab Apoſtolo Molles dicuntur.

Māſtus, m.ſ. [שד ſibaîl. μαστὸς. Germ. Bruſt oder Tutten. Pol. Kobiecie ſarie woda rzyga.] Latinè mamma, & propriè animalium eſt. Per tranſlationem tamen Maſti etiam appellantur tubuli mammati in fontibus, & aquæ ductibus, quos Latinorum nonnulli Mammas, Varro etiam Papillas vocat. Vitruv. lib. 7. Athenis (inquit) ex hujuſmodi locis & fontibus maſti uſque ad portum Picæum ducti ſunt ſalientes. A Caſſiodoro etiam Vbera appellantur. Quanto (inquit) pulchrius eſt Claudiam aquam per tot ſicca montium juga lavacris, & domibus liquores puriſſimos fiſtularum uberibus immiſiſſe. Plin. lib. 26. cap. 15, herbam etiam ejus nominis eſſe dicit, quæ potui indita pilos mammarum à parte naſcentium aufert.

Matæŏtechnĭa, ματαιοτεχνία, Supervacua atque inutilis artis imitatio, & vanitas artis dicitur, quæ ſcilicet artifici nihil affert commodi. Ejuſmodi fuit ars ejus, qui ciceris grana ex ſpatio ſatis longinquo in acum ſine fruſtratione injiciebat. μάταιος enim vanum dicitur, τέχνη ars.

Maraxæ, inquit Budæus, Sunt manipuli & Faſciculi cannarũ, quos Vitruvius tomice alligari jubet. Ipſaque, inquit, tectoria abacorum & ſpeculorum diviſionibus circa ſe prominentes habent expreſſiones. Exiſtimo autem ex Aemari Rauconeti ſententia, diviſiones abacorum formas eſſe quadratas in tectorio prominentes: ſpeculorum autem diviſiones formas eſſe rotundas. Hæc Turnebus.

Matella, Matellio, Vide MATVLA.

Mateola, apud Plinium, & Catonem, Genus eſt farculi. Cato de Re ruſt. cap. 46: Quum talcam demittes, pede tantùm opprimito ſi parùm deſcendit, malleolo aut mateola adigito: cavetoque ne librum ſcindas, quum adiges.

Mātĕr, hujus matris, f.c. Notæ ſignificationis nomen eſt. à Græco μήτηρ. [אם em. Gall. Mere Ital. & Hiſpan. Madre. Germ. Ein Mutter. Belg. Een Moeder. Polon. Matka. Vng. Anya. Ang. A mother.] Cic. pro A. Cluent. Nam Saſſia mater hujus Habiti (mater enim à me nominis cauſa, tametſi in hunc hoſtili odio & crudelitate eſt, mater inquam appellabitur) neque unquam ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet ut noturæ nomẽ amittat.) Virgilius 8. Aeglog. -crudelis tu quoque mater. Carentes matre privigni. Horat. 3. Carm. Ode 24. ¶ Aliquando tamẽ pro nutrice uſurpatur. Plautus utramque ſignificationem cõplexus eſt: Ita forma ſimili pueri, ut mater ſua Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat. Neque adeò mater ipſa, quæ illos pepererat. ¶ Sumitur etiam hoc nomen latiùs, ut & de brutis animantibus dicatur, quæ fœtum ediderunt. Mater, inquit Nonius, quæ quodvis animal partu edit. Virgil. 3. Georg. -excetros prohibent à matribus hœdos. ¶ Mater mellis, apis. Varro 2. de Re ruſt. cap. 5: Denique ex hoc putrefacto naſci dulciſſimas apes, mellis matres. ¶ Transfertur & ad arbores, quæ matres dicuntur ob propagines, quæ ex ipſis naſcuntur. Plin. lib. 12. cap. 5: Superiores ejuſdem rami in excelſum eminent, ſylvoſa multitudine, vaſto matris corpore. ¶ Luxuries avaritiæ mater, Cic. 2. de Orat. ¶ Sapientia omnium bonarum rerum mater, Idem 2. de Legibus.

Matercŭlă, æ, diminutivum à mater. [τὸ μητρίδιον, μητρίδιον. Gall. Petite mere. Ita. Piccola madre. Germ. Ein Mütterlin. Hiſp. Pequenna madre. Pol. Matuſchna. Vngar. Anyatska. Angl. A little mother.] Cic. pro Flacc. Nunc denique materculæ ſuæ feſtivus filius, aniculæ minimè ſuſpicioſe purgat ſe per epiſtolam. Horat. 1. Epiſt. 7: Dum puerta omnis pater & matercula pallet.

Māternus, a, um, Quod matris eſt: [μητρῷος. Gall. De mere. Ital. De madre. German. Mütterlich. Hiſpan. Coſa de madre. Polon. Macierzyński. Ang. Of the mother.] ut Maternus, paternusque ſanguis. Cicero pro Roſc. Amerin. Idem pro Cluent. Quo eſt nomen amantius indulgentiusque maternum. Ovidius 3. Metamorph. -maternaque tempora complet. Virgilius 4. Aeneidos: Materno veniens ab avo Cyllenia proles. Vbera materna. Statius 1. Thebaid. Maternus animus, Terentius in Heavton. Res maternæ atque paternæ abſumptæ, Horat. 1. Epiſt. 16.

Māteriămĭlĭas, Vxoris ſpecies eſt. [בעלת הבית baḥaláth habbáyith. εἰκοδέσποινα. Gall. Mere de famille, la maiſtreſſe ou dame de la maiſon. Ital. Patrona di caſa, donna, madonna. Germ. Ein Hausmutter. Belg. Een Huysvrouw. Hiſpan. Muger caſada parida. Pol. Domowa goſpodyni. Vngar. Gazda aſſzon. Ang. The good wif or maiſtreſs of the houſe.] Non enim quævis uxor ſtatim materfamilias eſt, ſed ea ſola, quæ in mariti manu mancipioque eſt, aut in ejus, in cujus manu, mancipioque eſt maritus: ita dicta, quoniam non in matrimonium tantùm, ſed in familiam quoque mariti, & in ſui hæredis locum venit. Feſtus dicit, non ante matrem familiæ dici, quàm vir ejus paterfamilias appelletur: nec poſſe hoc nomine plures in una familia appellari, ſed unam tantùm matremfamilias dici. Vlpianus l. proxumo tiatum ff. de Verb. ſignif. aliter hoc nomen interpretatur. Matremfamilias (inquit) accipere debemus eam, quæ non honeſtè, ſed honeſtè & cum dignitate vixit. Matrem enim familias à cæteris fœminis mores diſcernunt atque ſeparant: proinde nihil intereſt nupta ſit, an vidua, ingenua, an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamilias, ſed boni mores. Livius 4. bell. Maced. Et quum tibi vxo liceat purpura in veſte ſtragulata uti, matremfamilias tuam purpureum amiculum habere non ſines? Iuſta materfamilias, & Pellex, contraria. Livius 9. bell. Maced. Hunc juſta matrefamilias, illum Pellice ortum eſſe. Vide hæc de re plura apud Gell. libro 18. cap. 6. & apud Boëthium in Comment. 3. in Topic. Cicero. Porrò quod ad vocis hujus compoſitionem attinet, familias, antiquus eſt genitivus, Græcorum imitatione formatus: qui genitivum fœminorum in a purum deſinentium, minuunt in as.

Matĕr māgnă, Dicebatur Tellus, deorum (ut veteſtas credidit) omnium mater, à Græcis Cybele dicta: cui ſus pregnans mactabatur, quæ hoſtia eſt propria terræ. κυοφόρα. Dicitur & mater alma, quòd omnia alat. ¶ Item Mater deum, quòd omnia generet. ¶ Vocatur item Mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant.

Mātĕr mātrĭmă, Illa quæ quum mater ſit, adhuc matrem habet viventem. Vide infrà in dictione MATRIMVS.

Mātĕr Mātŭtă, Aurora dicitur, quam antiqui, teſte Feſto, ita appellarunt à vetuſto nomine Manũ, quòd illis bonam ſignificabat. λεύκιππος. Hanc Poëtæ fingunt fuiſſe Ino Cadmi filiam, quæ Athamantis furorem metuens, unà cum Melicerta filio ſeſe in mare præcipitavit: qui quum nuſquam conſpicerentur, in marinos deos mutati credebantur, atque ipſa quidem à Græcis λεύκιππος, & à noſtris Mater Matuta: Melicertes autem ab illis παλαίμων, & à Latinis Portunus appellatus eſt. Cicero 1. Tuſculan. Ino Cadmi filia λεύκιππος nominata à Græcis, Matuta habetur à noſtris.

Mātertĕră, f. p. Matris ſoror, quaſi mater altera, inquit Feſtus. [μητρυιὰ ἀδελφή. Gall. La ſeur de ma mere, ma tante. Ital. Zia. Germ. Der Mutter Schweſter. Hiſpan. Hermana de la madre. Pol. Woia matki ſioſtra. Vng. Az anyamnak nenye. Ang. The ſiſter of my mother, my aunte.] Cicer. 2. de Orat. Quocum noſtra erat matertera, &c. Idem 1. de Divinat. Puellam defatigatam petiſſe à matertera, ubi ſibi concederet pauliſper, ut in ejus ſella quieſceret. Ovid. 1. Metam. -tu tantùm fida ſoror Iſſeïs, proliſq; meæ matertera dici. ¶ Matertera magna aviæ, major proaviæ, maxima abaviæ meæ ſoror dicitur: de quibus Iuriſconſultus in L. Iuriſconſultus. D. de grad. cognat.

Mātrālĭă, Matris Matutæ feſta, tertio Nonas Iunii celebrari ſolita. μητρῶα. Ovid. lib. 6. Faſt. Ite bonæ matres, veſtrum Matralia feſtum. Flavaque Thebanæ reddite liba deæ.

Mātrōnă, f. p. Dicitur, inquit Gel. li. 18. cap. 6, quæ in matrimonii cum viro convenit, etiamſi liberi adhuc non ſint ſuſcepti. [בעלת הבית baḥaláth habbáyith. οἰκοδέσποινα. Gall. Dame maiſtreſſe d'vne maiſon. Ital. Patrona di caſa, matrona. Germ. Ein ehrlich Ehemeib. Belg. Een huysvrouw. Hiſp. Matrona, ſeñora de caſa. Pol. Perſona matrona. Vng. Hazas aſſzony. Ang. The goodwife, houſwife.] Quippe appellationem habet à matris nomine, non jam adepto, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi. Vade ipſum quoque Matrimonium vocatum eſt, quoniam eo vir & uxor conjunguntur, ut illa mater fiat. Plaut. Caſ. Non matronarum officium eſt, ſed meretricum, Vim alienis, mi vir ſubblandirier. Cicero 3. de Natura deorum. Natio quoque dea putanda eſt: quæ quia partus matronarum tueatur, à naſcentibus natio nominata eſt. Ovid. 2. Metamorph. Sceſerat hoc olim magni matrona Tonantis. ¶ Diſtinguitur autem matrona à matrefamiliàs, quòd materfamiliàs dicatur, quæ per coemptionem in manum mancipiumq; viri convenit, & in ſui hæredis locum: viroque inteſtato, veluti filia, ſuccedit. Matrona autem, quæ & uxor uſu dicebatur, quæ in lecti tantùm conſortium veniebat, non etiam bonorum. Vide Boët. in Top. Ciceronis. Vide ſuprà in dict. Materfamil.

Mātrōnālĭs, & hoc le, adjectivum, om. t. apud Liv. 4. bel. Maced. Matronale decus apud Colum. libro 12. in Proœm. Matronalis labor, qui proprius matronæ eſt. Matronales genæ. Ovid. 2. Faſtor. de Lucretia: Quæque poteſt narrare teſtabant ultima, flevit, Et matronales crubuêre genæ. [γυναικεῖος, ὡς τῶν γυναικῶν. Gall. De matrone, de femme d'honneur. Ital. De femina honorata. German. Das eines ehrn Weibs iſt. Hiſpan. Coſa de matrona. Pol. Matrzyńſko. Vng. Hazas aſſzonyi. Ang. Of a matron or a woman of honour.]

Mātrōnālĭă, Quæ erant dies matronis feſti, quibus viri pro conſervatione conjugis diis ſupplicabant.

Mauſcŭlă,

Mātrĭcīdă, æ, com. p. Qui patrem occidit: Hinc Matricidium, matris occisio. [μητροκτόνος, μητροφόνος. Gall. *Homicide & meurtrier de sa mere.* Ital. *Uccidere della madre.* German. Der sein Mutter ertödet. Hisp. *El que mato à su madre.* Pol *Morderz matki swoiey.* Vngar. *Anya ölö.* Angl. *That killeth his mother.*] Cicer. ad Quint. Fr. lib. 1: Quem scribis certissimum matricidam.

Mātrĭcīdium, ii, n. s. [μητροφονία, μητροκτονία. Gall. *Homicide fait de sa mere.* Ital. *Micidio de madre.* Ger. Ertödung oder todtschlag seiner Mutter. Mutter mordt. Hisp. *Matança de madre.* Pol. *Mordnad swa matka.* Vn. *Anyanak meg ölese.* An. *A killing or murdering of the mother.*] Cic. 1. de Invent. Orestes si accuset matricidii, &c.

Mātrĭmōnĭum, nii, n. s. est maris & fœminæ cōjugatio. [חתנה *chatunah.* γαμετή, συζυγία. Gal. *Mariage.* Ital. *Matrimonio.* Ger. Die Ehe oder Ehestandt. Belg. Dat houwlick. Hisp. *Casamiento, matrimonio.* Pol. *Malżeństwo.* Vn. *Hazassag.* Ang. *Mariage.*] Cic. 5. Verr. Vectius affinis, cujus sororē habes in matrimonio. Cic. pro Cluent. Sassiam in matrimonium ducere cupivit. Idē, quæ nuptiæ non diuturnæ fuerunt: erant enim non matrimonii dignitate, sed sceleris societate conjunctæ. Idem 2. Phil. Curio te à meretricio quæstu abduxit, & tanquam stolam dedisset in matrimonio stabili, & certo collocavit. Vide in voce MATRONA, & in voce NVPTIAE.

Mātrĭmōnĭālĭs, e, adject. Quod ad matrimonium pertinet. [γαμικός. Gall. *De mariage.* Ital. *Di matrimonio.* Germ. Das dem Ehestandt zugehört. Hisp. *Matrimonial cosa.* Pol. *Małżeński.* Vngar. *Házasságos való.* Ang. *Of mariage.*] August. lib. 13. de Civit. Quid concubitus conjugalis, qui secundū matrimonialium præscripta tabularum procreandorum fit causa liberorum?

Mātrŭēlis, com. 2. Dicitur qui ex matris fratre progenatus est. Ulpian. l. 1. ad Legem Pomp. de Parr. [ἀνεψιὸς ἐκ γυναικὸς, ἀ μητρὸς ἀδελφοῦ. Gall. *Le fils ou la fille du frere ou de la sœur de la mere.* Ital. *Figliuolo ò figliuola del fratello di mia madre.* Germ. Meiner Mutter Bruders kind. Hisp. *El cosino ò hija del hermano de la madre.* Pol. *Syn od swoiey matki brata.* Vn. *Anyam batyjának fia.* Ang. *An vncles child, a mother sisters child.*]

Mātrĕscō, n. r. Est matri similem fieri. [μητρίζω. Gall. *Estre fait semblable à sa mere.* Ital. *Assimigliarsi alla madre.* Germ. Der Mutter gleich werden. Hisp. *Semejarse a la madre.* Pol. *Matce bidzie podobien.* Vngar. *Anyahoz vmst, hasonlatossa lenni.* Ang. *To be lik to the mother.*] Pacuv. Venam nunc matrescam ingenio, ut meum patrem ulciscī queam. Nonius.

Mātrĭmŭs, mi, pen. corr. [ὁ ἐν μητρὶ ζῶν ἔτι παῖς. Gall. *De qui la mere est encor vivante.* Ital. *Colui che ha madre ancora viva.* Germ. Der sein Mutter noch lebt. Hisp. *El que tiene la su madre viua.* Pol. *Ten ktory ma ma matke.* Vng. *Anyas.* Angl. *Whose mother liued yet.*] Qui matrem adhuc habet superstitem, quemadmodum patrimus qui patrem. Cicer. de Aruspic. resp. Si puer ille patrimus, ac matrimus terram non tenuit. Reliqua vide infrà in dictione PATRIMVS, & suprà. MATER. MATRIMA.

Mātrix, matricis, f. c. Fœmina, quæ fœtus gratia tenetur. [Gall. *Vne femelle qui a ventre pour porter des petits.* Ital. *La femina di qualunque animal che si ritiene per ventre.* Germ. Ein jedes unlocha geschlecht darvon man junge zeucht: ein Zuchtmutter. Hisp. *La madre o que puede dessio.* Pol. *Macica kiora z'ywcie odchowuie.* Vngar. *Gyermek vhelyett be fogadot asszony.* Ang. *A damme or mother.*] Col. Sint ergo matrices robusti corporis, quadratæ, pectorosę, magnis capitibus. Idem lib. 17. cap. 3: Vre eadem ratione matrices incantur. ¶ Medici accipiunt pro utriculo, qui in fœminis junctus est vesicę, ad recipiendum semen & continēdum fœtum accommodatus. [מקום רחם *mkom rechem.*] Vide Gel. lib. 12. cap. 7. ¶ Matricem arborem dixit Suet. in Aug. ex qua stolones successerunt. Et ex ea arbore, inquit, continuò nata soboles, adeò paucis diebus adolevit, ut nō æquipararet modò matricem, verumetiam obtegeret. Matrix autem arboris appellatur, quod in medio ligni vel caudicis cōtinetur, à nonnullis Cor, ab aliis Medulla dicitur, à Theophrasto μυελός. Vide Ruellium lib. 1. cap. 2. ¶ Matrices etiam urbes dicuntur quę à Græcis appellantur μητροπόλεις, ex quibus multæ aliæ urbes natæ & ductæ sunt.

Mātĕrĭēs, riæ, f. p. seu Materies, ei, Est ex qua aliquid fit: [ὕλη. Gall. *Matiere, comme bois à bastir, marrain ou autre chose.* Ital. *Materia, legname.* German. Allerley zeug oder materey daraus man etwas macht. Hisp. *Madera, materia.* Polon. Wszelaka *materia z ktorey rzecz mozebie vczinione.* Vngar. *Materia anagaz minden valamire lesz.* Ang. *All manner of stuffe to work vpon.*] Jur Materia libri, membrana est & armentum. Ovid. 2. Metam. Regia Solis erat sublimibus alta columnis, Clara micante auro, &c. Et paulò pōst: Materiam superabat opus: nam Mulciber illic Æquora cælarat media cingentia terras, &c. ¶ Materia domus, calx, lapides, ligna, saxa, & tegulæ: quanquam Materiæ appellatione præcipuè intelligantur ligna, quæ ædificiis aptà sunt. Liv. Multam materiam cæciderat miles. Quint. lib. 7. cap. 1: Opera exiguentibus satis non est, saxa & materiam, & cætera ædificanti congerre utilia, nisi disponendis eis, collocandisque artificum manus exhibeatur. Col. lib. 3, vocat materiam lignum, quod est intra corticem. Quasi cuneum ferreum (*inquit*) vel ossium inter corticem & materiam lenè dimittito, nec lædas, aut rumpas corticem. Idem lib. 5. cap. 6: Materiam vocat palmitem, qui de novello nascitur: & in tenero alligatus dependet. ¶ Materies de equis etiam dicitur. Colum. lib. 6. cap. 27: Equinum pecus tripartitò dividitur: est enim generosa materies quæ circo Isthmiisque certaminibus equos præbet. ¶ Accipitur etiam Materia pro argumento libri, aut orationis aut carminis. [ὑποκείμενον. Gall. *Argument, matiere, subiet.* Ital. *Argumento soggetto.* German. Der inhalt/alles das davon in einem Buch oder Geschrifft gehandlet wirdt. Hispan. *Argumento, materia.*] Horat. de Arte Poet. Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam Viribus. Suet. de Cla. Gram. Ad exercitanda discentium ingenia, æquales inter se committere solebat, proposita non solùm materia quam scriberent: sed & præmium, quod victor auferret. Cicero ad Attic. lib. 2: Quòd me, ut scribam aliquid hortaris, crescit mihi quidem materies, ut dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat, &c. ¶ Materia tamen & materiēs videntur aliquo modo diversa esse. Materiam enim rectè appellamus arboris, panni, cerei, & aliarum omnium rerum quibus opifices utuntur: non autem materiem. Materies enim potiùs animum & ingenium spectat. Cornel Front. de differ. vocab.

Mātĕrĭālĭs, Quod est materiæ, ὑλικός, μητρικός: à quo Materialiter, ὑλικῶς adverbium. Unde materialiter aliquid sumi dicitur, quum non formatei, sed materia significatur. ¶ Vtitur hac voce Macrobius Comment. lib. 1. cap. 12: Volens novum potum materialis allutionis intelligi. Ibidem: Materialis influxio. Vox minimè Latina, sed in scholis philosophorum trita: in quibus Latinè loqui capitale est.

Mātĕrĭārĭŭs, ii, m. s. Dicitur qui materiam ad ædificia suppeditat: [ὑλοτόμος. Gall. *Charpentier ou bosscheron.* Ital. *Maestro de legnami, che prepara la materia à i muratori.* German. Der das holtz eines Baws zurüstet oder hinzufertiget. Hispan. *El madero.* Pol. *Tenkterzi materia na budowanie gotuie.* Vngar. *Epitestreknek fogos dologkoak ottola adoia.* Ang. *A carpenter.*] sitque à materia, cujus nomine ligna ad fulciendum, ædificandumque necessaria, idoneáve significantur. Plaut. in Milit. Adsunt fabri, architectique, eam quidem ad rem haud imperiti. A. Si non nos materiarius remoratur, quo quidem opus est, Nov' indolem nostri ingenii, citò erit parata navis.

Mātĕrĭārĭŭs, adjectivum: [ὑλικός. Gall. *Appartenant à matiere.* Ital. *Pertinente à materia.* German. Das zu dem holtzwerck gehört. Hispan. *Cosa perteneciente à materia.* Pol. *Materialne.* Vngar. *Epitelnek valo, fogos dologhoz valo.* Ang. *Belong, ing to matter.*] ut Materiarius faber. Faber lignarius: & Materiaria fabrica, lignaria. Plin. lib. 7. cap. 56: Fabricam materiatam Dædalus, & in ea ferram, asciam, &c. invenit.

Mātĕrĭŏr, ātus, Materiam cædo. Deponens, p. verbū est castrense, ea forma dictum, qua Lignor. [ὑλοτομῶ. Gall. *Charpenter.* Ital. *Fabricare.* Germ. Holtz fellen/sich mit holtz versehen. Hispan. *Obrar de madera, madear.* Pol. *Materia narzadzam.* Vng. *Epitelnek fogos dologainak szerzem.* Ang. *To dresse any stuff for building or other work.*] Propriè enim milites materiari dicuntur, quum materiam cædunt ad conficiendum vallum. Cæsar. 7. bell. Gall. Erat eo tempore & materiari, & frumentari, & tantas munitiones fieri necesse.

Mātĕrĭātŭs, a, um, adjectivum, Quod ex materia confectum est. [ὑλικὸς, ξυλίδιος ἐργασία. Gall. *Fait de materiau.* Ital. *Fatto de legname.* German. Aus allerley zeug gemacht. Hispan. *Maderado de madera y otra cosa.* Ang. *That is made of any stuff.*] Sic Cicero lib. 3. Offic. vocat ædes malè materiatas, quæ ex mala, & improba materia sunt confectæ.

Mātĕrĭātŭra, & Materiatura, deducta videntur à verbo Materio, quod tamen nusquam (quod quidem sciam) legitur. Vtroque tamen usus est Vitruv. lib. 4. cap. 2.

Mātĕrĭs, hujus materis. [ἑξόλωμα, τὸ ὑλικὸν, ὑλοτομία. Gall. *Le charpenterie d'vn edifice.* Ital. *Legname d'vna fabrica.* Germ. Ein tanger pfeil/doch kürtzer dann ein gidn. Hispan. *Aquella obra de madera.* Pol. *Ociosep.* Vng. *Materiabol epitelnek valo fogos dologkabol valo.* Ang. *A dressing of timber for building.*] Teli genus post lanceam longius. Sisenna: Gallia materibus, Suevi lanceis cōfigunt. Fœminini generis est. Nonius.

Mātĕrnus, Materterа, Vide MATER.

Mathēsis, sis, f. t. μάθησις: vel Mathema, tis, pen. prod. μάθημα, disciplina, sitque à verbo μανθάνω, quod & disco significat & doceo. Propriè autem de iis dicuntur artibus, quæ firmis demonstrationibus constant: cujusmodi sunt Geometria, Astrologia, Musica & Arithmetica.

Mathēmătĭcus, m. s. μαθηματικός, A nomine Græco μάθημα, quod disciplinam significat. Dicitur propriè qui Geometriæ, Musicæ, Arithmeticæ, Astrologiæque disciplinas novit. Nam hæ propriè Mathematicæ scientiæ vel disciplinæ dicuntur, eò quod discantur plane, & per demonstrationem aliquam percipiantur.

cipiantur. Philosophia verò, ut Logica, cũ aliis, non dicuntur Disciplinæ, quia non firmissima demonstratione, ut illæ, sed ratione quadam, & studii investigatione percipiuntur. Cic. 1. de Orat. Quis ignorat, ii qui Mathematici vocantur, quanta in obscuritate rerum, & quàm recondita in arte, & multiplici, subtilique versentur? Iuven. Satyr. 14: Nota mathematicis genesis tua.

Matralia. Vide MATER.

Matresco, Matricida, Matrimus, Matrimonium, Matrix. Vide MATER.

Matrona, Matronalis. Vide MATER.

Mātrĭcī, Festo, Homines dicuntur, malarum magnarum, atq; ore latè patenti.

Mātrĭă, f. p. Storia, & teges, quæ fit ex cannabe, lino, junco, palma, scirpo, aut sparto: ubi stuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut quid simile infertum est. [κρέβατος, στρῶμα. Gal. *Lendiere, matras ou matellas, natte.* Ital. *Stuoia, coperta imbottita di stoppa, di gettone o d' altra cosa.* Germ. Ein ſergen oder decke auß hẽw/ ſtrow/ binſ/ binen/ vñnd dergleichen dingen gemacht. Hisp. *Estera de esparto y juncos.* Polon. *Matta, rogoż.* Vngar. *Hyekon.* Ang. *A matt.*] Ovid. 6. Fastor. At dominus: Discedite, ait, plaustroq; morantes Suffulcit plaustro scirpea matta suo.

Mattici, lege MATRICI.

Mattyă, æ, quid sit, ostendit Cælius lib. 9. cap. 12, his verbis: Mattam (inquit) putant ex farina, oleo & aqua confici solitam: Suillas etiam ex lacte: unde mox paulò nata & mattya est: dictaque eo nomine pretiosa omnia edulia, ut scribit Athenæus. Martial. lib. 10: Dives & ex omni posita est instructa macello Cœna tibi, sed te mattya sola juvat. Suetonius in Caligula: Et multis venenatas mattyas misit.

Mătŭlă, æ, f. p. Vas est in quod veficam lævantes: quod & Matella & Scaphium dicitur: quanquam Scaphium propriè mulierum esse volunt. [κύμβιον, κυμβάχιον, σκαφίδιον. Gall. *Pot à pisser, vesinal.* Ital. *Orinale, boccale da urinare.* Germ. Ein Brunſtacket. Hisp. *Orinal.* Polon. *Vrynał.* Vng. *Matule hugyo etem.* Ang. *A pissepot.*] Plaut. in Mostel. Iam hercle ego vos pro matula habebo, nisi matulam datis. ¶ Pro meticuloso, vanoque accipere videtur. Idem Plaut. in Perſa: Tacen', an non taces? nunquã ego te tam esse matulam credidi. Quid meruis?

Mătellă, à matula, Vas in quod urinam reddimus. [ἀγγεῖον, ἀμίς, οὐρητὴρ ἀγγεῖον. Gal. *Pot à pisser.* Ital. *Orinale.* German. Ein Brunſtacket. Hiſpan. *Orinal.* Polon. *Vrynał.* Vngar. *Matulatska, hugyo edenetske.* Ang. *A pissepot.*] Martialis libro 12: Dispereant, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es. Græci σκαφίδιον vocant. ¶ Sunt tamen qui ita matellam distinguunt à scaphio, ut illa virorum sit, hoc mulierum, tam ad ventris onus, quàm ad urinam excipiendam accommodatum. Matellam verò, quòd angustiore esset ore, urinę tantùm excipiendę fuisse utilem. ¶ Est item Matella, aquarium vas, teste Nonio. Plaut. Amphitrione: Næ tu postulas, matellam unam tibi aquæ infundi in caput. Varro Endymionibus, ut à Nonio citatur, Divitum aphocaschias ad communem revocat matellam.

Mătellĭo, Vasis aquarii genus, teste Varrone libro 4. de Lingua Latina, ita dictum à Matula, à cujus figura tamen nonnihil recedit. Varro de Vita past. Postularet truellum, matellionem, pelvim. Cicero in Paradoxis: Quid enim censes, si L. Mummius aliquem istorum videret matellionem Corinthium cupidissimè tractantem, &c. ¶ Matellio item Pompejo Festo vas est, in quod urina redditur: quod & Matella appellatur.

Mātūrŭs, a, um, pen. prod. Coctus, temperatus, & propriè de fructibus dicit. [בשל *bosehl* מבשל *mebsehal*. κατὰ καιρὸν, ἀκαίρως. Gall. *Meur, meurer, haste.* Ital. *Maturo.* German. Zeitig. Hiſpan. *Cosa madura ò ligera.* Polon. *Zdrzał.* Vngar. *Erẽs.* Ang. *Ripe, hasted.*] Cicero in Caton. Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi velluntur: si matura, & cocta, decidunt. ¶ Per translationem ponitur quandoque pro senetut, Maturus ævi homo: id est, senex, & perfectam ætatem habens. Virgil. 5. Aeneid. -ævi maturus Acestes. ¶ Matura ætas, Senilis: quasi omninò perfecta, & tempus debitum assecuta. ἀκμαία ἡλικία, ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. ¶ Ponitur interdum pro celeri, & festino, sive repentino: ut matura senectus. Cellius: Ignavia corpus hebetat, labor firmat illa maturâ senectutem, hic longâ adolescentiam reddit. Cic. 7. Verr. Vt etiam illa vox, & illa imploratio, Civis Romanus sum, quæ sæpè multis in ultimis terris opem inter barbaros, & salutem tulit, ea mortem illius acerbiorem, & supplicium maturius ferret. ¶ Maturum malum, Plautus in Pseud. Mitram hodie huic suo Die natali malam rem magnam & maturam. ¶ Maturum facere, Est citò expedire. Gellius libro 3. cap. 6. ¶ Maturum censeo, si rem servare vis, faciendum. ¶ Quandoque pro gravi ac constanti. Cicero pro Cecinna: Siquis quod spopondit, qua in re verbo se uno obligavit: id non facit maturo judicio, sine ulla religione judicis condemnatur. ¶ Virgo matura viro. Gell. lib. 18. cap. 7: Virginem habens jam maturam viro. Horat. 3. Carm. Ode 6: Motus docerigaudet Ionicos matura virgo. ¶ Virginitas matura toris, apud Stat. 1. Achil. ¶ Ejus compotita sunt duo, Immaturus, Præmaturus, de quibus alibi.

Mātūrĭssĭmŭs, superlativum. Colum. lib. 4. cap. 29: Fœcundos, & quàm maturissimos surculos viti detraxerit. Idem libro 11. cap. 3: Horum autem rubrorum semina quàm maturissima eligi oportet.

Mātūrĭssĭmŭs, aliud superlativum. Tacitus lib. 12. Robur ætatis quàm maturissimum precari.

Mātūrĭtās, atis, f. t. Propriè est perfecta coctio succi in fructibus, [πέπανσις. Gall. *Meurté, maturité.* Ital. *Maturità.* German. Zeitigung. Belg. Gerypheyt. Hiſpan. *Madurez, à perfeccion.* Pol. *Zdrzałość.* Vng. *Erẽsség.* Ang. *Ripeness.*] Cicero de Orat. Non potest in eo esse succus diuturnus, quod nimis celeriter ad maturitatem assecutum. Idem de Natura deorum: Commutationes temporum quadripartitæ, ad maturitatem frugũ aptæ. Colum. Nos quoque medicatam fabam sic comperimus, quæ ad maturitatem producta sit, minus à corruptione infestari. ¶ Transfertur & ad alia: ut Maturitas orationis, Maturitas sceleris, Maturitas ætatis. Cicero Sulp. libro 4. Epistol. Tamen hoc studium quotidie ingravescit, maturitate credo ætatis, ad prudentiam. Idem de senectute: Sic senectuti maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat. ¶ Maturitas virtutis. Cicero pro Cælio: Quæ studia in his jam ætatibus nostris contractoria esse debent: in adolescentia, tanquam in herbis significant, quæ virtutis maturitas, & quantæ fruges industriæ sint futuræ. ¶ Accipitur item Maturitas pro tempore maturo, sive opportunitate. Cicero ad Attic. lib. 11: Inducendi senatusconsultum maturitas nondum est. Idem ad Quintum Fratrem lib. 3: Sed ejus rei maturitas necdum venit, & tamen nunc appropinquat.

Mātūrè, adverb. Tempestivè, in tempore, opportunè. [ἀκμαίως. Gall. *Meurement, de bonne heure, à temps, fondamment.* Ital. *A tempo, presto.* German. Zeitlich/ bey zeiten. Belg. Gerypelyck. Hiſpan. *Maduramente ò presto.* Polon. Wczesnie. Vng. *Erẽsseben.* Ang. *In season, in dew time.*] Sallustius in Catil. Priusquàm incipias, consulito: & ubi consuleris, maturè opus est facto. ¶ Aliquàndo significat citò, ante tempus. Plautus in Curcul. Qui homo maturè quæsivit pecuniam, nisi eam maturè parat, maturè eluxit. ¶ Comparativum Maturius. Cic. 4 Acad. Quò quidem & maturiùs venimus.

Mātūrĭssĭmè, vel Maturrimè, superlativum. Cicero 3. de Orat. Quippe qui omnium maturrimè ad publicas causas accesserim. Idem pro Cecinna: Nam ut quæque res est turpissima, sic maximè, & maturissimè judicanda est. ¶ Pro eodem etiam legimus Maturaré. Livius 2. bell. Maced. Iussis cæteris, quammaximè possent, maturatè sequi. Plaut. Mil. Iube maturè illam exire huc. Idem Pseud. -at maturatè propera: videsne jam diei multum esse.

Mātūro, ras, act. p. Maturũ facio, perficio. [בשל *bosehl* הבשיל *hebsehil*. πέπτω. Gall. *Meurir, hastier, meurer.* Ital. *Maturare.* German. Zeitig machen. Belg. Rype maken. Hiſp. *Madurar.* Pol. *Dzrzeć, spieszyć.* Vng. *Megerlelem.* Ang. *To make ripe, to hail.*] Cicero in Catil. Primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Interdum maturare, est, accelerare, ita ut adhibeatur industriæ celeritas, & diligentiæ tarditas: ex quibus duabus efficitur fit maturitas, ut neq; aliquid citiùs, neque serius fiat. Hoc temperamentum Augustus Græcè ita exprimere solebat σπεῦδε βραδέως, quæ significant, Accelera tardè. Vnde Virgil. 3. Georg. quasi contraria, separavit Maturare, & Properare, quũ ait: Frigidus agricolam si quando detinet imber, Multa forte, quæ mox cœlo properanda sereno Maturare dator. ¶ Hinc maturè fit, quod tempestivè fit. Idem Aen. lib. 1. Maturate fugam, quod est, quasi cum maturitate: id est, in tempore & cum commodo vestro discedite. Sallustius videtur simpliciter posuisse pro properare: quum ait: Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet. Sic Liv. lib. 30. Inde comitiorum causa Romam profecturus maturavit. His exemplis manifestum est, Maturare absolutè dici posse, & Maturate rem aliquam. ¶ Maturate cœpta, Est maturè absolvere. Liv. 4. bell. Pun. Domum ad cœpta maturanda, redire jubet. ¶ Maturare alicui mortem: hoc est, accelerare, ut apud Ciceronem pro Cluent. Huic mortem maturabat inimicus. ¶ Maturare iram, Est mitigare, & lenire. ¶ Maturos, ejusdem significationis cum maturesco πεπαίνομαι. Plin. li. 15. cap. 18: Contrà novissima sub hyeme maturatus chelidonia.

Mātūrātŭs, participium, Maturus factus, coctus. [בשל *bosehl* הבשיל *hebsehil*. πεπανθείς, ἀκμάσας, πέπων. Gall. *Meuré, hasté, meur.* Ital. *Affrettato, maturato.* Germ. Zeitig worden. Hiſpan. *Madurado, madura, presto.* Pol. Opyał, dojrzały. Vng. *Meg erlelem fut.* Ang. *Made ripe, hasted.*] Cicero in Catilinam: Deinde maturatâ dulcescit. ¶ Maturatũ negotium dicitur accelleratum aut maturè perfectum. Et apud Plin. Maturata concoctio: id est, perfecta. ¶ Maturato opus est: hoc est, Opus est celeritate & maturitate.

rishate. Liv. 4. bell. Pun. Sed quod volebant, non quam maturato opus erat, quaviter expediebant. Item 1. ab Vrb. Vt cum singulis fidelibus amicis veniant: ita facto, maturatoq; opus esse, rem atrocem incidisse, &c.

Mātūrātē, id est, Festinanter, De hoc diximus in adverbio Maturè.

Mātūrēsco, à Maturo, Maturum fieri. [בשל *baschál. πεπαίνομαι.* Gall. *Se meurir, devenir meur.* Ital. *Maturarsi.* Germ. Zeitig werden/ reiff werden. Belg. Geryp worden. Hisp. *Madorarse.* Pol. *Zdoyrzec.* Vng. *Megerlem.* Ang. *To waxe ripe.*] Plin. lib. 11: Quum mella cœperint maturescere, abigunt fucos. Col. lib. 4. Nam & quæ maturescere incipiunt, tempestivè legūtur: & quæ nondū maturitatem ceperunt uvæ, sine dispendio differuntur. ¶ Maturescere dicitur homo, quum nondum gravis est, sed jam incipit grandior esse. ¶ Et apostema maturescere dicitur, quum non discutitur, sed perducitur ad Maturitatem, ut vel frangi pos se, vel ferramento aperiri possit.

Mātūrēscēns, participium. [בשל *bascheil* וחל *ghamil. ὁ πεπαινόμενος.* Gall. *Se meurissant devenant meur.* Ital. *Che si fa maturo.* Ger. Zeitigend. Hisp. *Que se haze maduro.* Pol. *Zdoyrzacy.* Vng. *Megerlo.* Ang. *Waxing ripe.*] Plin. lib. 20. cap. 3: Malus Assyria omnibus horis pomifera est: alias maturescentibus, aliis subnascentibus.

Mātūta, æ, pen. prod. f. p. A nostris *Aurora*, à Græcis λευκοθέα: hoc est, alba Dea: [שחר *schachar.* Gall. *L'aube du iour.* Ital. *Aurora.* Ger. Die morgenröte. Belg. Den Morgenstönde. Hisp. *Alua, madrugada.* Pol. *Zorza.* Vng. *Haynal.* Ang. *The break of the day.*] Ita dicta, eò quòd matutino tempori præsit: aut Cicer. lib. 1 Tusc. sic inquiens: Quid Ino Cadmi filia? nonne *Leucothea* nominata à Græcis, *Matuta* habetur à nostris? Hæc fuit filia Cadmi nomine Ino, Athamantis uxor, quæ mariti insaniam fugiens in mare sese præcipitavit unà cum Melicerta filio: quorum corpora quum nusquam inventirentur, pro diis marinis habiti sunt: & Ino quidem à Græcis λευκοθέα, à nostris *Matuta* dicta est: Melicerta autem à Græcis *Palæmon*, à Latinis *Portunus* est appellatus.

Mātūtīnus, na, num, & Matutinum tempus: [*inchoire.* Gall. *De matin, matinal.* Ital. *De la matina, matutino.* Ger. Die zeit des morgens vnd bevorstehenden tags. Hisp. *Cosa de la madrugada.* Polon. *Poranni czas.* Vng. *Hainal, reggel hainalis reggeli.* Ang. *Earlie, soone in the morning.*] quum scilicet Matuta: hoc est, Aurora incipit apparere. Cic. ad Att. lib. 1: Itaq; quum bene completa domus est, tempore matutino, quum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut jocari liberè aut suspirare familiariter possimus. Quare te expectamus, &c. ¶ Matutinis omnibus, pro quolibet mane, dixit Plin. lib. 10. cap. 43: Corvus omnibus matutinis evolans in Rostra. ¶ Matutino, pro mané Idē Plin. dixit lib. 9. cap. 10, & subaudituri Tempore. Ferunt, *inquit*, & pastum egressas noctu, avideque saturatas lassari, atq; matutino summa in aqua obdormiscere. ¶ Matutinus homo. Virgil. 8. Aeneid. Nec minus Aeneas se matutinus agebat. Vbi Servius: Rem temporis ad personam transtulit.

Mātūtīnum, matutini, pen. prod. Mané. *τὸ πρωϊνόν.* Quint. lib. 12. cap. 18: Pridie ad se venire, litigatorem, aut eodem matutino jubent.

Māvŏlo, mavis, Idem quod Malo: quod frequens est in Plauti Comœdiis.

Māxillă, læ, f. p. Non est diminutivum à Mala (ut putavit Priscianus, sed Mala à Maxilla fit per detractionem mediæ syllabæ, sicut docet Cicero in Oratione ad Brutum. Vide suprà in dictione MALA. [לחי *lechi. σιαγών, γνάθος.* Gall. *La mascheire.* Ital. *Mascella.* Ger. Ein teubacke/ es sey der vnder oder der ober. Belg. Een mange/backe. Hispan. *La quixada o maxilla dela cara.* Polon. *Czeluść.* Vngar. *Al, áll tsont, áll kapcza.* Angl. *The iawbone or cheekebone.*] ¶ Est autem Maxilla, in qua fixi sunt dentes: quanvis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Persius Satyr. 4: Tu quum maxillis balanarum gausapepectas, sanguinibus quare detonsus gurgulio exrat? ¶ Hinc Maxillatis, & hoc re, quod ad maxillam pertinetut dens maxillaris, *γομφίος*, qui etiam dicitur Molaris. Plin. lib. 11. cap. 37. Maxillares q; ita sanari dentes præcipuè putant.

Maximātes, Dicuntur primarii civitatis, qui & Summates, & Primates, & Optimates vocantur. *ἄριστοι, μεγιστᾶνες.*

Maximus. Maximopere, Vide MAGNVS.

Māzā, æ, f. [Polon. *Pęczak.*] Panis genus est constans farina, oleo & aqua, aut etiam exlacte, teste Suida. Vide Cælium Rhodig. lib. 9. cap. 12.

Māzārĭ, æ, f. p. [Ger. Ein alte gattung eines pfeils oder spiesses.] Genus teli quo antiqui in bello utebantur. Cæs. 1 bell. Gall. Et nonnulli inter carros, rotasq;, mazaras, ac tragulas subjiciebant, nostrosq; vulnerabant.

Māzŏnŏmum, pro cor. [*μαζονόμον, μαζονομεῖον.* German. Ein grosse Platten. Angl. *A charger or great platter wherein meate is carried.*] Græca dictio, qua lanx grandior significatur ad ferēda opsonia in mensam. Horat. 2. Sermon. Satyr. ult. Mazonomo pueri magno discerpta ferentes Membra gravis. Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 4: Vt in eodem tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, ubi delicatè cœnitaret, & alios videret turdos in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos.

M aute E.

M. E. M. In notis antiquorū, Municeps ejus municipii. MENS. mensis. MER. S. Mercurii sacrum. MENSIAN. mēsis Ianuarii. MES. FEBR. &c. M. F. Marci filius, vel mala fide, vel male fidus, vel male fidei. M. F. A. Marcus Fabius. M. A. F. manifestum fecit. M. A. N. L. manifestus locus. M. A. OPP. manifestum oppidum. M. T. E. R. manifestum territorium. M. H. malus homo. M. H. E. mihi hæres erit.

Mĕ, pro Mihi, inquit Festus, dicebant antiqui. Ennius libro 2: Si quid me fuerit humanitus, ut teneatis, &c.

Mĕāpte. Compositum ex ablativo Mea, & particula Pte, extra compositionē nihil significante: ut Meapte causa, *ἰδιοτρόπως*: id est, mea propria. Terent. in Heaut. Ita me dii ament, ut ego nunc nō tàm meapte causa lætor, quàm illius: quam ego scio esse honore quovis dignam.

Meatus, tus, vide in dictione MEO, meas.

Mecaphroditon, *μεκωφρόδιτον*, Species est papaveris, spumeū habens semen: unde etiam à Dioscoride, *μήκων ἀφρώδης*: hoc est, spumeum papaver appellatur.

Mecastŏr, *νὴ τὸν κάστορα*, Iurandi adverbium. Mecastor, ait Festus & Mehercules jusjurandum erat, quasi diceretur: ita me Castor, ita me Hercules: ut subaudiatur Iuvet. Terent. in Hecyr. Salve mecastor Parmeno. Vbi Donatus: Olim salutantes addebant jusjurandum, ut hoc sedulò facere viderentur.

Mechănĭcus, m. f. Opifex, qui artē illiberalem exercet. [חרש *charásch. χειροτέχνης, βαναυσικός.* Gall. *Mechanique, faiseur de machines ou d'autres œuures mechaniques.* Ital. *Ingegnero.* Germ. Ein Handwercker oder Handwercksman. Hispan. *Official de qualquier arte.* Polon. *Rzemieślnik.* Vng. *Meßer tanber mesterember.* Ang. *A handie craftisman, a man of occupation.*] *ἀπὸ τῆς μηχανῆς*: quod inventionem significat. Suetonius in Vesp. cap. 18: Mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturim in capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mĕchănĭcus, adjectivum: ut, Ars mechanica, *βαναυσικὴ τέχνη*, quæ manu exercetur: cujusmodi est ars fabrilis. Vnde artes dividuntur in liberales, & mechanicas: id est, ut Cicero vocat illiberales.

Mĕcōnĭum, *μηκώνιον*, Succus est papaveris, teste Dioscoride, adeò frigidus, ut eporus extinum afferat.

Mecōnītes, *μηκωνίτης*, Gemma est papaveris similitudinem exprimens: de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

Mecōnĭs, *μήκωνις*, Lactucæ genus: à copia lactis soporiferi: *μήκωνα* enim Græci papaver dicunt. De hoc videas Dioscorid. lib. 6. cap. 17, & Hermolaum Barbarum in eundem lib. 4. cap 62. & Plin. lib. 2. cap. 19.

Mecum, cum me per transpositionem præpositionis, Vnà. simul. [עמי *immi. μετ' ἐμοῦ.* Gall. *Auec moy.* Ital. *Meco, con meco.* Germ. Mit mir. Belg. Met my. Hisp. *Comigo.* Polon. *Zemną.* Vng. *Enńelem.* Ang. *With me.*] Cicero in Orat. ad Brut. Ex eo Mecum & Tecum: non Cum me, & Cum te, ut esset simile illis Vobiscum, atque nobiscum Interdum mecum, *μετ' ἐμαυτοῦ, ἐμοὶ ἐμαυτῷ*, significat intra me. Terent. in Hecyr. Haud propterea te rogo, ut hæc proferam, sed ut tacitā mecum gaudeam. Sic Secum, Tecum, Nobiscum, & Vobiscum. ¶ Mecum pulchrè cum Simul jungitur. Plaut. in Bacch. Atque ut eum mecū ad te adducam simul. ¶ Similiter cū Vnà. Terent. in Hecyr. Vt colloqui mecum unà possit. ¶ Interdum hæc tria conjungimus, Mecum, Vnà Simul. Terent. in Heavton. Clinia hæc fieri videbat? M. quidni? mecum unà simul. ¶ Mecum facere, significat mecum sentire: quod & Latinè dicitur, à me facere, barbarè, pro me facere. Cicero pro Cecin. Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat.

Meddix, Summi magistratus nomen erat apud Oscos. Ennius: Summus ibi capitur Meddix, occiditur alter.

Mĕdergā, pro me ergò est, Erga me, dixerunt antiqui, interposita d. propter hiatū vocalium. Plaut. in Epid. -quasi quid filius meus Deliquisset mederga.

Mĕdĕor, deris, d. f. Medicinam do, medicinam alicui facio, aut adhibeo. [רפא *raphā* אסא *asabh. ἰάομαι, ἰατρεύω.* Gall. *Medecine, remedier.* Ital. *Medicare.* German. Heilen/ mit artzney gesund machen. Belg. Meesteren/ genesen. Hilpan. *Ameleznar.* Pol. *Vlecz am.* Vngar. *Orualok.* Angl. *To remede, to heale, to cure.*] A Medius fieri videtur, quòd ad medium temperamentum, quoad fieri queat, ęger debeat reduci. ¶ Est autem Mederi, remedium afferre. Et construitur ferè cū dativo. Cic. pro Quintio: Ita fit, ut ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, &c. ¶ Quandoq; cū accusat. Terent. in Phorm. Quas, quū res ad-

versæ sint, minus mederi possit. ¶ Invenitur etiam Medetur impersonale. Plin. lib. 29: Ex eo medetur oris ulceribus perunctis hoc succo foliis pusillis. ¶ Dicimus etiam Mederi contra morbum. Plin. lib. 9. cap. 13: Contra serpentium ictus medentur.

Mĕdĕndo, gerundium, quod etiam in passiva significatione inventum, ut annotavit Servius in illud Virgilii 12. Aen. -exuperat magis, ægrescitq; medendo: id est, dum ei medetur. Hujus verbi compositum est, Immedeor, quod est intùs medeor. Colum. lib. 6: Si oportebit palorum capita, & imas partes misto fimo cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

Mĕdĕlă, æ. f. p. Idem quod medicina, sive morbi remedium. [רפואה *rephuáh* רפואות *rephuóth* מרפא *marpè* לרפה *ghehâh* אלוכה *aruchâh* ιατρικη, ιατρος. Gall. *Medecine*. Ital. *Medicina*. Germ. Ein artzney. Hisp. *Medicina*. Polon. *Lekárstwo*. Vng. *Orwosság*. Ang. *A remedie to cure*.]

Mĕdĭcă, æ. f. p. [*medica*. Gall. *Herbe appellee grand Treffle ou soin de Bourgongne*. Ital. *Medica trefoglio*. German. Burgundisch oder Mantzen heu. Hisp. *Trebol*. Pol. *Wielgi groch*.] Herba est trium foliorum semper virens, in equorum pabulis laudatissima: quæ semel sata decem annos durat, singulisque annis quater aut interdum sexies demessa, sua semper sponte succrescit: ita dicta quòd in Media abundet. Servius scribit Medicam à Medis in Græciam fuisse translatam, quo tempore Romani eam invaserunt. Colum. lib. 7: Ad maciem nulla res tantum, quantum Medica, potest. Vide Catonem de Re rust. cap. 41. & Varr. lib. 1. de Re rust. cap. 42. & Colum. lib. 7. ¶ Hieronymus Tragus fœnugræcum sylvestre vocat. Idem lotum sylvestrem sive Lybicum esse suspicatur. Rustici quidè apud nos in Polonia, folia tiliæ majoris sui ad vomitum provocandum edunt, adversus crapulam præsertim: nimia enim sui dulcedine & nescio qua incredibili qualitate nauseam ciet.

Mĕdĭastĭnus. Vide MEDIUS.

Mĕdĭco, as, & Medicor, aris, Medeor. [לרפה *ghahah* רפא *raphâ* ιατρευω. Gall. *Medeciner, remedier*. Ital. *Medicare*. German. Heilen: artzen. Belg. *Genesen: medesteren*. Hispan. *Amedecinar, ò curar dolencia*. Pol. Lekarstwo. Vng. *Orwosló lek. gyogyitok*. Ang. *To heale, to cure*.] Virgil. libro 1. Georgic. Semina vidi equidem multos medicare ferentes. Ovid. 1. Amor. Eleg. 14: Dicebam, desiste tuos medicare capillos, Tingere quàm possis, jam tibi nulla coma est. Ejus passivo usus est Plinius libro 16. cap. 27: Ficus sola ex omnium arborum fœtu maturitatis causa medicatur. Sed hoc vanus. Frequentiùs enim utimur verbo Deponente Medicor: quod modò cum dativo jungitur. Virgil. 2. Georg. -semibus medicantur anhelis. Terent. in Andr. Ejus labore, atque ejus dolore Gnato ut medicater tuo. Modò cum accusativo. Idem lib. 12. Aeneid. Sed non Dardaniæ medicari cuspidis ictum Evaluit.

Mĕdĭcātŭs, a, um, Quod medicamentis admistis est infectum: [ברטא *mirpá*. Gall. *Medecine, mixtion où de quelque drogues ou liqueur*. Ital. *Medicato, mescolato di qualche liquore medicinale*. Germ. Mit artzney vermischet: mit etwas vermenget. Hisp. *Amedecinado, mesclado con medecina*. Polon. *Zlekarstwem pomieszany*. Vngar. *Orwosolt*. Ang. *Healed, mixed with some drogge or licour*.] ur. Medicatæ fruges. Virgil. 6. Aeneid. Melle soporatam, & medicatis frugibus offam. ¶ Sic medicata pocula. Medicatæ ficus, Medicatus sapor, Medicatus odor. Martial. lib. 9: Santonica medicata dedit mihi pocula virga. Plin. lib. 21. cap. 7. de ficis: Novissimæ salubriores, quàm primæ: medicatæ verò nunquam. Plinius Epistol. 17: Color cæruleo albidior, viridior & prælior, sulphuris odor, saporq; medicatus, vis, qua fracta solidantur. Medicata suffitione vina, Colum. lib. 1. cap. 6. Tela medicata veneno, Silius libro 7. ¶ Medicatus pro venenatus, & toxico infectus. Suetonius in Claudio: Et veneno quidem occisum convenit. Alii domestico convivio per ipsam Agrippinam, quæ boletum medicatum avidissimo ciborum talium obtulerat.

Mĕdĭcātĭo, verbale, f. c. [רפואה *rephuâh*. רפואות *rephuóth* מרפא *marpè* לרפה *ghahah* אלוכה *aruchâh*. ιατρια, ιατρος. Gal. *Medicamens, medecine, remede*. Ital. *Medicamento, remedio*. Ger. Artzney: Heilung. Hispan. *Medezina, medicina*. Polon. *Lieczenie*. Vngar. *Orwoslas*. Ang. *Healing, curing*.] Colum. lib. 2. cap. 10: Potest tamen etiam citra istam medicationem cinere mista commodè servari.

Mĕdĭcus, ci, m. f. Qui artem medendi novit. [רפא *rephi* ιατρος. Gall. *Medecin*. Ital. *Medico*. Germ. Ein Artzt. Belg. Een medecyn meester. Hispan. *Medico, curador de dolencias*. Pol. *Lekarz*. Vng. *Orwos*. Ang. *A phisician*.] Hujus duo sunt scopi, ut scilicet præter naturam affectos, quoad ejus fieri potest, ad naturalem statum sciat reducere: aut id fieri non queat, ut saltem dignoscat qui sanabiles sint, & qui deplorati. ¶ Officium medici (ut inquit Asclepiades) est, ut tutò, ut celeriter, ut jucundè curet. Vocantur quoque medici, ἀναγκαιοι μισθοι à Græcis. Plaut. in Rud. Imo ædepol una litera plus sum quàm medicus. Cum tu medicus es? L. tetigisti acu. Cicero pro Cluentio: Iam hoc quoque probè inquisitè comparatum est, quod in morbis corporis, ut quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atq; optimus quæritur: in periculis capitis, ut quæque causa difficillima est, ita deterrimus, obscurissimusq; patronus adhibetur. ¶ Cura solem medicorum. Ovid. 1. de Pont. Eleg. 7. Celer, atq; fidelis medicus, Horat. 2. Serm. Sat. 3. Convocare medicos, Catullus.

Mĕdĭcŭs, a, um, Quod est medici. [ἰατρικος. Gal. *De medecin*. Ital. *De medico*. German. Des Artzts. Hispan. *Cosa de medico*. Pol. *Lekarski*. Vngar. *Orwosi, orwosi*. Ang. *Of a phisician*.] Virgil. libro 3. Georg. Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor Abnegat. Ars medica, Tib. 2. Eleg. 3. Ope medica juvare aliquem, Ovid 2. Amorum. Plin. lib. 8. cap. 16: Vnde medicas manus hominis sciunt?

Mĕdĭcum mălum. Vide MEDIA.

Mĕdĭcīnă, æ. f. p. Ars medendi. [רפואה *rephuâh* רפואות *rephuóth* מרפא *marpè* לרפה *ghahah* אלוכה *aruchâh*. ιατρικη. Gall. *L'art de medecine*. Ital. & Hispan. *Medicina*. German. Die kunst des Artzts / oder ein Artzney. Polon. *Lekarstwo*. Vngar. *Orwosság*. Ang. *The art of medicine*.] Cicero 3. de Finibus: Etiamsi ut medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia. ¶ Modò pharmaca, & remedia, quo quis curatus significat. Idem ad Atticum libro 16: Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Idem 2. de Orat. Sicut medico diligenti priusquam contra ægro adhibere medicinam, non solùm morbi ejus, cui mederi velit, sed etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est. ¶ Somnus medicina curæ. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 2: At puto quum requies, medicinaque publica curæ Somnus adest, solitis nox venit orba malis. ¶ Adhibere medicinam reip. Cicero pro Sest. Et cohortari ausus est accusatorem in hac causa vos judices, ut aliquando esse tis severi aliquando medicinam adhiberetis reipub. Non ea est medicina, quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integra, carnificina est illa, & crudelitas. ¶ Afferre medicinam. Cicero in Catilina: Deinde singulis medicinam consilii, atque orationis meæ, si quam potero, afferam. ¶ Facere medicinam. Cicero Terentiæ: Iratum levatus, ut mihi Deus aliquis medicinam fecisse videatur. Plautus Cistel. -confidam fore, Si medicus veniat, qui hoc morbo facere medicinam potest. ¶ Parare medicinam. Ovid. 1. de Remed. Principiis obsta, sero medicina paratur Quum mala per longas invaluêre moras. ¶ Medicinam, inquit Nonius, dicimus & venenum: tractum à Græcis, qui venenum φαρμακον, appellant. ¶ Medicinæ inventorem Chironem Centaurum perhibent: hic invênit herbarum vim. Nonnulli Æsculapio hoc tribuêt. Apud Ovid. 1. Metamorph. Medicinæ inventionem sibi Apollo vendicat: Inventum (inquit) medicina meum est. Plurimum deinde medicinæ contulit Hippocrates: supremum autem fastigium Galenus imposuit. ¶ Medicinæ tria genera veteres fecêre: διαιτητικὴ, χειρουργικὴ & φαρμακευτικὴ: quarùm prima victus ratione: altera manu: tertia pharmacis medetur.

Mĕdĭcīnæ, arum, Medicorum tabernæ, vicus thoracius, tabernæ aromatariæ, ubi pharmacopolæ degunt & pharmaca venduntur. [ἰατρειον. Gall. *Boutiques de medecins ou apothicaires*. Ital. *Spetiarie, botteghe di medicine*. German. Ein Artzeteystem ort darinn man artzneyen feil hat. Hispan. *Tiendas de officio y medicinas*. Pol. *Aptéka*. Vngar. *Patika*. Ang. *The phisicians shoppes*.] Plautus in Amph. Nam omnes plateas perreptavi, gymnasia, myropolia Apud emporium, in macello, in palæstra, atque in foro, in medicinis, in tonstrinis, apud ædes omnes sacras.

Mĕdĭcĭnālĭs, le, adjectivum, om. t. Quod ad medicinam pertinet: [ἰατρικος. Gall. *Medecinal*. Ital. *Medicinale*. German. Das zur artzney dienet. Hisp. *Cosa perteneciente a la medicina, medicinal*. Pol. *Lekarski*. Vng. *Orwosi sphera vala*. Ang. *Belonging to healing*.] ut Herba medicinalis, vis ἰατρικη. Cucurbita medicinalis, sicva ἰατρικη, vasculum ore angusto, infernè latius, quo vanguis exugitur, cute prius scalpello incisa. Nomen accepit à cucurbita hortensi, quam similitudine refert. Plinius libro 23. cap. 10: Quippe eadem ratio earum, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora levanda sanguine. Celsus: Vix ulla perpetua præcepta artis medicinalis recipit. ¶ Medicinalis verò digitus dictus est minimo proximus, ut inquit Macrobius, què & Anularem veteres appellarunt, quòd in eo digito veteres anulum potissimùm gestabant. Cujus rei rationem hanc reddit idem Macrob. lib. ult. nervum scilicet quendam à corde ad hunc digitum proficisci: ideoquè potissimùm annulo, veluti corona quadam circundari.

Mĕdĭcābĭlis, le, om. t. Cui adhiberi medicina potest, curabilis, sanabilis [ἰατος, ἰατρευτος. Gall. *Qui se peut guerir, medicinable*. Ital. *Atto à essere medicato*. German. Das ja artzney vnd ja hülff hat. Hispan. *Cosa que se puede amedicinar, curar*. Polon. *Lacno leczenia*. Vngar. *Orwoslhato*. Ang. *That may be healed or cured*.] Ovid. 1. Metamorph. Heu mihi quod nullis amor est medicabilis herbis

bilis herbis. Idem Epist. 31. nulla medicabilis arte Læsa pudicitia est. Sunt tamen qui legant reparabilis. ¶ Quandoque ponitur pro medicinalis. Colum. lib. 7. cap. 10: Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestini tumorem compescit.

Mĕdĭcābĭlĕ. Medicabile. *Iάμπ⊙*. Festus: Medibile, medicalile.

Mĕdĭcāmĕn, inis, n. t. Idem quod Medicina. [רטואה *rephuâh* רטאורת *ripheûth* מרפא *marpé* לחבה *ghebâh* ארוכה *aruchâh*. *ἀκεσμός*. Gall. *Medecine, remede, medicament.* Ital. *Medicamento* Ger. Ἀρτυσις. Hisp. *Melezina.* Pol. *Lekarstwo.* Vng. *Orueſſag.* Angl. *Medicine, remedie to cure.*] Plinius libro 7. cap. 16: Fœcunditatis in fœminis prærogativam accepimus, inunctis medicamine oculis, salivam infici. Ovid. 2. de Arte: Ergo age, & iratæ medicamina fortia præbe, Illa ferè requiem sola dolotis habent. Cicero in Pison. Et quum isto ore fœtido tetterrimam nobis popinam inhalasses, meministi excusatione te uti valetudinis: quòd diceres, vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. ¶ Accipitur & Medicamen pro colore, quo lanę medicantur: hoc est, inficiuntur, seu tinguntur: unde & pro succo purpuræ ponitur Plin. lib. 9. cap. 28.

Mĕdĭcāmentum, ti, n. t. Medicina: quo videlicet homines, ac cętera animalia curantur. [רטואה *rephuâh* רטאורת *ripheûth* מרפא *marpé* לחבה *ghebâh* ארוכה *aruchâh*. *ἀκεσμα, φάρμακον*. Gall. *Medicamente, remede.* Ital. *Medicina.* German. Ein Artzney. Hispan. *Melezina.* Polon. *Lekarſtwo.* Vngar. *Orueſſag.* Ang. *Medicine, a remedie to cure.*] Cicero 3. Offic. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepigeritque, ne illo medicamento unquam postea uteretur, &c. Idem 2. de Natura deorum: Medicamentorum salutarium plenissimæ terræ. ¶ Sumitur quandoque Medicamentum pro veneno, sicut venenum pro medicamento: quoniam Græci utrunque *φάρμακον* vocant. Cajus Iureconsultus de verb. sign. Qui venenum dicit, adjicere debet bonum vel malum: nam & medicamenta, venena sunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam ejus cui adhibitum est, mutat. Quum id quod nos *Venenum* appellamus, Græci *Pharmacum* dicunt, apud illos quoque tàm medicamenta quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adjectione alterius nominis distinctio fit. ¶ Medicamenta amatoria, dicuntur philtra, aut alia quævis venena, quæ ad amorem conciliandum dantur. Medicamenta soporifera, quibus somnus accersitur. ¶ Medicamentum autem à remedio quomodo differat, vide infrà in voce REMEDIVM.

Mĕdĭcāmĕntārĭus, rii, m. t. substantivum. Qui medicamentà conficit. [רטא *rophé. Φαρμακοποιός*. Gall. *Medecin, qui apprête les medecines.* Ital. *Colui che fa medicine.* German. Der Artzney mächt/ein Apotecker. Hispan. *Medico ò que adoba melezinas.* Polon. *Aptekarz. Lekarſtwa czynyacy.* Vng. *Patikas orueſſag tſinalo.* Ang. *That maketh or prepareth medicine.*] Plinius libro 19. cap. 6: Sectivi duo genera: hoc herbaceum, folio incisuris ejus evidentibus, quo utuntur medicamentarii. ¶ Medicamentaria, Ars conficiendi medicamenta. *Φαρμακοποιία*. Plinius libro 7. cap. 56: Medicinam contendunt Aegyptii apud ipsos repertam: alii ab Arabo Babylonis, & Apollinis filio: herbariam & medicamentariam à Chirone.

Mĕdĭcāmĕntōsus, m. t. Quod remedium affert, & medicamenti vice est. [*ἰατρικός*. Gall. *Medicinal, portant medecine.* Ital. *Medicinale, che porta medicina.* German. Heilſam/ Krefftig zur artzney. Hispan. *Caſa medecinal.* Polon. *Do uleczenia dobry.* Vngar. *Orueſſagos.* Ang. *That bringeth remedie.*] Cato capite 15: Et primùm scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior.

Mĕdĭĕtās, Vide MEDIVS.

Medimnus, [*μέδιμνος*. German. Ein anderthalben mäs/oder ungefehrlich ein Straßburger viertheil. Ang. *A measure containing foure bushelles.*] Genus mensuræ, teste Budæo, quæ senos capit modios: Galli sua lingua *Minam* vocant. Cicero 5. Verr. Sed tritici septem millia medimnum ex Nymphonis arationibus edicta pœna, &c. Dicimus & Medimnum neutr. gener. Idem ibidem: In jugere Leontini agri medimnum ferè tritici serunt.

Mĕdĭŏcrĭs, Mediocritas, Mediocriter, Medioximus, Vide MEDIVS.

Mĕdĭŏn, *μέδιον*, Herba est Mediæ peculiaris (unde & nomen accepit) in locis umbrosis, petrosisque nascens. Romani *Trifolium odoratum* vocant. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 26.

Mĕdĭŏximi Dii, vide Mediocris in MEDIVS.

Mĕdĭpontus, Instrumentum funarium, quod apud Catonem capit. 3. numeratur inter ea quæ necessaria sunt ad conficiendum oleum. Medipontus in instrumento funario erat, quem Medi Xerxis pontem vocabant. *μέδιον*. Herodotus appellàsse ad cujus imitationem hic factus videri possit. Funium enim ponte Xerxes Hellespontum junxerat: cujus tamen qui usus in torculari esset, non facilè est dicere. Fortè ad traducendum usui erat. Verisimile etiam est vehementissimos funes fuisse, quibus ad premendum vehementiùs oleum uterentur. Ex Turnebo.

Mĕdĭtŏr, aris, penultima correpta, d. p. Quasi medio animo verso, cogito, & mente perpendo, considero, expendo, commentor. [הגה *haghâh* חשב *chaschâb. μελετᾶ, ὑφορᾶσθαι, φιλοσοφεῖν*. Gall. *Mediter, penser diligemment & attentivement.* Ital. *Pensare, curare.* German. Betrachten/ Bedencken/ Nachsinnen. Hispan. *Mucho pensar.* Polon. *Rozmyſliam, rozmyſam.* Vngar. *Gondelkodom.* Angl. *To muse or studye on a thing, to recorde in ones mynde.*] Plautus in Amph. Ea nunc meditabor, quomodo illi dicam, quum illò advenero. Terentius in Andria: Venit meditatus, alicunde ex solo loco. *ἐκτυφλῶ*. Plin. in Paneg. Igitur quod temperamentum omnes in illo subito pietatis calore servamus, hoc singuli quoque meditati teneamus, &c. Meditati, *inquit*: id est, præparata oratione. ¶ Interdum exercere. Virgil. 6. Aeglog. Agrestem tenui meditabor arundine musam. Plaut. in Sticho: Simulque ad cursuram meditabor me ad ludos Olympios. ¶ Inde Meditationes, *μελέται, ἀσκήσεις*, in Romana militia dicebantur exercitationes, & imaginarii quidam conflictus, qui citra sanguinem fiebant. Nam ars militaris, teste Vegetio, ut cæteræ omnes artes, meditatione perficitur. ¶ Meditari alicui insidias, vel dolum, Idem est quod tendere insidias, vel dolum. Virgil. 5. Aeglog. Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis Vila dolum meditantur. ¶ Servius putat Meditor dictum esse, quasi melitor, à verbo *μελετᾶ*, per immutationem l. in literam d. Interdum enim hæ duæ literæ sibi mutuò cedunt: Sella pro Sedda. Hinc meditari apud Virgilium pro canere. 1. Aeglog. Sylvestrem tenui musam meditaris avena. ¶ Reperitur etiam hoc verbum in passiva significatione. Terentius in Phormion. Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. *προμεμελέτηται*. Cicero 1. Offic. Leviora enim sunt ea quæ repentino aliquo motu accidunt, quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur. Diomedes Grammaticus lib. 1: Medito, *inquit*, & meditor differunt. Nam ut putat Plinius (nempe in arte Grammatica; de qua se scripsisse testatur in historiæ præfatione) Meditare est secum cogitare, Meditari voce dicere.

Mĕdĭtātē. Cogitatè. [*ἐπεσταλμένως*. Gall. *Pour y auoir pensé de long temps.* Ital. *Pensata mente per longo tempo.* German. Mit betrachtung / mit erwegung. Hispan. *Con mucho penſamiento.* Polon. *Zrozmyſlenie.* Vngar. *Gondol kedues.* Angl. *Pansingly, with meditacion and studye.*] Plautus in Bacch. Næ tu illorum mores, perquàm meditatè tenes, quasi dicat, probè calles illorum mores; illosque ad unguem nosti ex longa meditatione, usu, & experientia.

Mĕdĭtātĭo, onis, f. t. Commentatio, exercitatio: [הגיון *higghajón. μελέτη*. Gall. *Grand penſement.* Ital. *Gran penſiero.* Germ. Ein Betrachtung / übung. Hispan. *Grande penſamiento.* Polon. *Rozmiſl.* Vngar. *Gondol kodás.* Ang. *Great pansing and musing sadlie.*] Cicero 2. de Orat. Quos locos multa commentatione, ac meditatione paratos, atque expeditos habere debetis. Idem 2. de Divin. Multi naturæ vitium meditatione, atque exercitatione sustulerunt: ut Demosthenes. Idem 5. Tuscul. Stulta est meditatio futuri mali.

Mĕdĭtāmĕn, nis, n. t. Meditatio. [Vngar. *Gondolkodas, gondolat.*] Catullus in Carmine nuptiali: Aspice innuptæ secum ut meditamina quærant.

Mĕdĭtāmentum, ti, Meditatio. Tacit. lib. 20: Et cæteris belli meditamentis militem firmabant. Idem lib. 15: Nomina summæ curæ, & meditamenta.

Mĕdĭtābundus, Cogitabundus. [*σκόπος, ὁ ἐπὶ φροντίδι*. Gall. *Penſif.* Ital. *Penſoſo.* German. Voll betrachtens vnnd nachsinnens. Hispan. *El que mucho pienſa.* Polon. *Rozmyſlaiacy.* Vngar. *Gondelkodo.* Ang. *Pansiue.*] Et adverbium Mirabundè, cogitabundè, *φροντιστικῶς*.

Mĕdĭtātīvum, Dictio ficta à Grammaticis, qui meditativum verbum appellant, quod sensum quendam meditandi videatur habere, cujusmodi sunt Esurio, Micturio, & similia: quæ Valla desiderativa vocat, quòd desiderium significent actus per verbum primitivum significati.

Mĕdĭus, dia, dium. Quod mensuratum æqualiter distat ab extremis: [*μέσ⊙*. Gall. *Qui est au milieu, moyen.* Ital. *Mezzo.* German. Das mittelſt/ das in mitten iſt. Belg. Midden. Hispan. *Coſa media entre dos cabos.* Polon. *Srzedni.* Vngar. *Közepis.* Angl. *That is in the middeſt.*] quanvis etiam Medium dicatur, quicquid inter duo extrema est, etiamsi non æqualiter distet ab utroque. Virgilius 7. Aeneid. Interea medium Aeneas jam classe tenebat Certus iter. ¶ Quandoque idem valet quod in commune, sive in communem usum. Virgilius 1. Georg. Nec signare quidè aut partiri limite campum Fas erat: in medium quærebant. Idem 11. Aeneid. Consulite in medium, & rebus succurrite fessis. Cicer. 1. Offic. Et omnes utilitates in medium afferre mutatione officiorum. ¶ Aliquàdo, Medium est è duobus temperatum quiddam & admistum, quæ inter se contraria sunt.

ria sunt. Livius libro 1. ab Vrbe: Medium erat Anco ingenium: hoc est, proclive tàm ad pacis, quàm ad belli arcessita religione Numam avum suum exprimens, ut militarem disciplinam non negligeret. ¶ Aliquàndo pro dubio ponitur. Livius 9. bell. Macedon. Medio responso spem ad voluntatem interpretantibus fecerat, cessurum patrum autoritati esse. ¶ Quandoque manifestum. Virgilius 2. Aeneid. -medioque ex hoste recepi. Ibidem: quanquam in media jam morte tenetur. Vtrobique exponit Servius medium pro manifesto. In priore tamè exemplo, non ineptè interpretari possumus, E medio hoste pro, E' mediis hostibus, vel E' medio hostium. ¶ Quandoque intercedens, aut potius importunus, & incongruus. Idem 1. Aen. Ne qua scire dolos, mediusve occurrere possit. ¶ Accipere aliquem medium: hoc est medium amplecti. Livius 1. ab Vrbe: Multò & ætate, & viribus validior, medium arripit Servium, elatumque è curia in inferiorem partem per gradus dejicit. Sic apud Terentium in Andria: Accurrit, mediam mulierem complectitur. ¶ Ponere in medio, vel, quod idem est, Proferre aliquid in medium, est Publicè exponere, & omnibus ea de re judicandi potestatem facere. Cicero de Natura deorum: Ponam in medio sententias Philosophorum. ¶ Vocare in medium, idem ferè est, quod vocare in dubium, & clariùs de re aliqua velle cognoscere. Cicero pro Cluent. Rem in medium vocare coperunt, & causam illam totam deposcere. ¶ Venire in medium, Est in disputationem, & controversiam venire. Cicero 1. de Finibus: Prima veniat in medium Epicuri ratio. ¶ Procedere in medium, Est in coronam prodire: & interdum idem cum superiori. ¶ Relinquere aliquid in medio, Est indecisum, & controversum aliquid relinquere, nihilque de eo statuere. ¶ In medio esse, vel positum, aut situm esse in medio, Est manifestum esse, facilè, vel in promptu. Cicero 4. Verr. Tabulæ positæ sunt in medio. ¶ Aliquando in medio esse, est, Dubium esse, vel incompertum, ut apud Suetonium: Quod discreparet, in medio sit: hoc est, indecisum relinquatur. ¶ In medium consulere, Est in commune consulere, vel ad communè utilitatem: de quo suprà dictum est. ¶ Pellere de medio, vel è medio, est extra cœtum aliorum pellere. Ennius apud Ciceronem pro Muræna: Pellitur è medio sapientia. Recedere de medio, Est se subducere, & occultare. Cicero pro Sext. Rosc. Recede de medio, per alium transigam. ¶ Sumere argumenta de medio. Est ex rebus manifestissimis, & omnibus notis argumenta sumere. ¶ Tollere de medio, pro occidere. Cicero pro Rosc. Amer. Persacile hunc hominem incautum, & rusticum, & Romæ ignotum, tolli de medio posse. ¶ Medio excedere, pro mori. ¶ E' medio discedere, pro secedere, & occultari, ait Budæus. ¶ Prisc. anus Medium dictum putat à modus: hoc est, à mensura: unde & modium, & differentiæ causa Medium dici existimat, mutato o in e. Alii malunt à Græco μίσσω deducere, quod idem est quod medius. ¶ Hinc Dimidius, a, um. quasi per medium divisus.

Mĕdĭă vocabula dicuntur quæ in bonam & in malam partem accipi possunt: μέσα à Græcis dicta. Qualia sunt Tempestas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Industria, Periculum, Venenum, Contagium: & apud veteres Honor, quo etiam significabatur injuria. Vide Gell. lib. 12. cap. 9.

Mĕdĭānum, idem quod medium. Verbum architectonicum. [Ang. *The middle or middest.*] Vlpian. l. 5. §. 2. D. de his qui dejecer. Quod si ex mediano cœnaculi quid dejectum sit, verius est omnes teneri. Sic Vitruvius persæpè medianas columnas dicit, ad differentiam angularium, & mediana epistylia, &c. Ex Horomano.

Mĕdĭĕtās, ātis, f. t. Alicujus pars media. [חוך *tavech. pars interna.* Gall. *Le milieu, la moitié.* Ital. *Metà.* German. Das halb theil des so durch die mitte zertheilt ist / oder die mitte selbs. Hispanic. *El medio de dos extremos, mediania.* Polonic. *Srzodek.* Vngaric. *Fel.* Anglic. *The half of any thing.*] Hac voce Cicero non ausus est uti, ut testatur in libello de Mundo, sive Vniversitate. Sic enim ibi habet, ut in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere mediocrates, quas Græci μεσότητας vocant: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur: erit enim planius.

Mĕdĭŏcrĭs, & hoc, cre, om. t. Medium tenens, modestus, temperatus. [μέτριος. Gall. *Mediocre, moyen, ne trop grand ne trop petit.* Ital. *Mediocre, mezzolo.* German. Mittelmässig. Belg. Middelmatich / redelyck. Hispan. *Cosa communal, o mediana.* Polon. *Srzedni, umiarkowany.* Vngar. *Mertekletti, kbtsp.* Angl. *Moderat, neither too much nor too little.*] Cicero 2. de Oratore: Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ. Idem 3. Tusculan. Omne enim malum, etiam mediocre, magnum est. Cicero de Amic. Nec verò negligenda est fama, nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium.

Mĕdĭŏcrĭtās, ātis. Medium, ut ait Nonius, modus. [μετριότης, μετριότητος. Gall. *Mediocrité, ne trop ne peu, moyen.* Ital. *Mediocrità, mezzo*

troppo ne poco. German. Mittelmässigkeit / Zimligkeit / mass. Hispan. *La mediana entre dos cabos.* Polon. *Rozwaga miara.* Vngar. *Mulyeb tessèg, kbzèpszèg.* Ang. *Mediocrity, a measure or means.*] Cicero libro 1. Offic. Eadem ratio est habenda vestitus: in quo, sicut in pleriisque rebus, mediocritas optima est. Columel. libro 1. Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniam in confinio boni, malique posita est. ¶ In medio sine mediocritate bonum esse positum, docere voluit Phocylides hoc versu: Πολλὰ μετριότητος ἄριστα, μέσσα δὲ πάντα. Facit illud Horatii: Auream quisquis mediocritatem, &c. Diligit, tutus caret obsoleti sordibus tecti, caret invidenda sobrius aula.

Mĕdĭŏcrĭtĕr, adverbium, Quodam modo, prudenter & moderatè. [μετρίως. Gall. *Mediocrement.* Ital. *Mediocremente.* German. Zimlich / Leidlicher mass / Mässiglich. Hispan. *Mediocremente.* Polon. *Miernie.* Vngar. *Mertek leressinkbbep szèmi.* Ang. *Naturalie, meas surablie.*] Cicero 5. Verr. Quod mehercule judices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Idem 2. Tusculan. Nemo mediocriter doctus ignorat. Terentius in Andria: Horum ille nihil egregiè præter cætera Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.

Mĕdĭŏxĭmŭs, vel Medioxumus, penultima correpta, Mediocrem, sive medium significat. [μέσος. Gall. *Moiien, moyen.* Ital. *Mediocre.* German. Der mittelst oder mittelmässig. Hispan. *Cosa cerca del medio.* Polon. *Srzedni.* Vngar. *Kbzèp.* Ang. *Moderat, neither too much nor too little.*] Vnde Medioximi dii vocantur, potestatis mediæ. Servius in libro 8. Aeneid. dicit Herculem esse communem Deum utriusque naturæ medium, inter mortalitatem, & divinitatem. Esse enim numina aliqua tantùm terrestria, aliqua tantùm cœlestia, aliqua media, quos Deos Apuleius Medioxumos vocat. Plaut. in Cas. Atita medii, atque, superi & medioxumi, &c. In Ciste l. Medioxumam quam duxit uxorem: ex ea nata est hæc virgo.

Mĕdĭŭscŭlŭs, Putavit Calepinus diminutivum esse ab adjectivo Medius, deceptus corrupto Plinii loco, quem ex li. 11. cap. 37, citat ad hunc modum: Oculos unicolores nulli, cum candore omnibus mediusculo differente. Qui locus hodie sic restitutus est: Oculus unicolor nulli cum candore omnibus medius color differens.

Mĕdĭus fidius, Adverbium est jurandi, ex tribus compositum putaturque idem significare quod Mehercules: quasi dicat, ita me Iovis filius amet. τὸν τοῦ Διὸς υἱόν. Nam Δία, Græci dicunt quem nos Iovem. Fidium autem pro filio dictum videtur: quia antiqui pro l, literam d, sæpissimè collocabant. ¶ Quidam interpretantur, Per divi fidem: quidam per diurnum temperamentum est, dici fidem. Hæc Festus. Alii sic exponunt: Medius fidius: hoc est, Per Deum Fidium: nam fidius Deus, est qui fidei præest. Plautus in Asin. Per Diam fidium credis jurato mihi. Cicer. ad Brut. Ego medius fidius non existimo tam omnes deos aversos. ¶ Fidii Dei, alia duo fuerunt nomina: nam & Sancus, & Semicaper appellabatur: fiebatque ex facium Novis Iunii in colle Quirinali: ubi templum habebat à Sabinis (ut putatur) primùm dedicatum: qui in urbem recepti, deos quoque patrios in urbem transtulerunt. Ovid. 6. Fastor. Quærebam Nonas Sanco, Fidióne referrem, An tibi Semicapri: tunc mihi Sancus ait: Cuicunque ex istis dederis, ego munus habebo. Nomina terna fero. Sic volucre Cures.

Mediānus, a, um, Quod in medio est. [μέσος. Gall. *Qui est au milieu & entre deux.* Ital. *Mezzano.* German. Wie vorhin. Hispan. *Cosa mediana, o puesta en medio.* Polon. *Srzodni, srzedni.* Vngar. *Kbzèpsb.* Ang. *That is in the middest.*] Mediānas columnas dicit Vitruv. lib. 3. cap. 1, ut ab angularibus, quæ crassiores sunt, distingueret.

Mĕdĭō, āvi, Moderare. [Vngar. *Mertekletlèssm.*] Vlpianus D. l. 13. Tit. 7. l. 25: Cùm dicere vult judici mediam viam tenendam esse, sic inquit: Medèò igitur hæc à judice cuncta disponenda, ut neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.

Mĕdĭastīnŭs, pen. prod. [μεσουράνιος, μεσόκοιτος. Gall. *Seruiteur qui sert en choses viles, vn fouillon.* Ital. *Famiglio vile.* German. Ein Sudelbub / ein Knecht so man zu aller grober vnd sudelichtiger haußarbeit braucht / vom Hausbasser. Hispan. *Siervo de poco precio.* Polon. *Parzuch, Sługa grubey roboty widomy od prawienia.* Vngar. *Rabszolga ala valo kbz, bitsèges szolga.* Angl. *A drudge, a kitchin-stuff.*] Mancipium abjectius est, teste Budæo, quod vilissima & sordidissima ministeria obire domi cogitur, qualia sunt demum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & hujusmodi alia facere: ob hoc ita dictum, quod in media domo ad imperia omnium nutusque soleat excubare. Cicero in Cat. Magnopere contemno exercitum collectum ex fenore desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mediastinis decoctoribus, ex eis qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum, maluerunt. Colum. lib. 1. cap. 9: Mediastinus qualiscunque status possit esse, modò perpetiendo labori sit idoneus. Ibid: Separandi sunt

dissunt aratores à vinitoribus, atque à mediastinis. Horat. 1. Epist. Tu mediastinus tacita prece rura petebas. Lucil. Villicũ Aristocratem mediastinum, atq; bubulcum. Vlpian. lib. 1. Digestũ Naut. caup. stabul. Qui mediastini operis fungitur, nõ cõgit

Mĕlĭtūrgŭs, μελιτουργός. Latinè Mellarius dicitur, qui mellificiũ exercet: sic enim interpretatur Varr. lib. 3. de Re rust.

Mellātĭo, onis, f. t. Mellis vindemia, quum mel eximitur. [μελίτωσις. Gall. *Cueillette de miel.* Ital. *Raccolta del mele.* Ger. Honig saũlung / den Juden das honig nemmen. Hisp. *La cosecha ò de las colmenas.* Pol. *Miodu wibieranie.* Vng. *Mez szedet mely fel vetel.* Ang. *The tyme of drawing, hiues to tak out honie.*] Plin. li. 12. ca. 16: Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & virgiliarum occasu, Idibus Novembris ferè includitur. Idem lib. 11. cap. 15: Aestiva mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet.

Mellĕus, a, um. Quod ex melle est, vel mellis dulcedinem refert ipso gustu: [μελιτώδης. Gall. *De miel, ou qui ressemblant.* Ital. *Di mele, suave.* Ger. Das von honig ist / honigsũß. Hisp. *Cosa de materia de miel.* Pol. *Miodowy smak, slodki.* Vng. *Mezhez valo, mezei.* Ang. *Of honie, or lik honie.*] ut Melleus sapor, apud Plin. lib. 15. cap. 14.

Mellĭlus, a, um, diminutivum, à Melleus. μελίδωτος. Plautus Casi. Mea vita, mea mellila, mea festivitas Sine tuos ocellos deosculer voluptas mea. Quanquam non absurdè fortassis Mellila deminutum nomen intelligere possimus à nomine Mellut Mea mellila, plurali numero dictum intelligamus, pro Mea mella, vel meæ deliciæ.

Mellītus, a, um, penul. prod. Quod est melle conditum. [μελιτώδης, μελίζωος. Gall. *Fait de miel ou doux comme miel.* Ital. *Mellato.* Ger. Mit honig angemacht oder vermischt. Hisp. *Cosa dulce como miel.* Pol. *Wonio[ce] miodem.* Vng. *Mezes.* Ang. *Sweet lyk honie, or ley ed with honie.*] ut Placentæ mellitæ. Horat. 1. Epist. 10: Vtque sacerdotis fugitivus, liba recuso, Pane egeo jam mellitis potiore placentis. Plin. lib. 36. cap. 19: Melitites succum remittit dulcem, mellitumq; tuſus, Varr. 3. de Re rustica, cap. 16: Et favi melliti intùs ponendi, à faucibus longè. ¶ Mellitus puer, pro suavi, & jucundo. Cicero ad Atticum, lib. 1: Ita sum ab hominibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore, & filiola, & mellito Ciceronе consumitur. Catullus ad Iuvencium: Mellitos oculos tuos Iuvenci, &c.

Mellĭfluus, a, um. Ex quo fluit mel, vel fluere videtur, μελίῤῥυτος, μελίῤῥυτος: hoc est, dulce, jucundum: ut, Mellifluus oratio.

Mellĭfĭco, as, act. p. Mel facio. [μελιτουργῶ. Gall. *Faire du miel.* Ital. *Far mele.* Ger. Honig machen. Hisp. *Hazer miellas abejas.* Pol. *Miod gotuiem.* Vng. *Mezet ſsinelek.* Ang. *To make honie.*] Virgilius, in quodam Epigrammate: Sic vos non vobis mellificatis apes.

Mellĭfĭcus, a, um. [μελιτουργός. Gall. *De miel.* Ital. *Di mele.* Ger. Das honig macht. Hisp. *Cosa hecha de miel.* Pol. *Miod czyniacy.* Vng. *Mez ſsinalo.* Ang. *Of honie.*] Columel. lib. 8: Vt ab opere mellifico evocatæ apes fœtibus expleant. ¶ Item Mellificatio, onis, μελιτουργία.

Mellĭfĭcium, cii, n. f. Mellis factio. [μελιτουργία. Gall. *Facon de miel, accueillement de miel.* Ital. *Artificio di far mele.* Ger. Honigmachung / honigsammlung. Hisp. *Aquella obra de hazer miel.* Pol. *Miodu czynienie.* Vng. *Mez ſsinalas, gyiytes.* Ang. *The making of honie.*] Varro de Re rustic. lib. 3. cap. 16: Sed ut hoc aptissimum ad sanitatem apum, sic ad mellificium thymum. Idem: Quod ad mellificium bonum vehementer prodest. Colum. lib. 9. cap. 12: Apes magis mellificiis, quàm fœtibus student.

Mellĭfĕr, ra, rum, Ferens mel. [μελιτοφόρος. Gall. *Qui porte miel.* Ital. *Che porta mele.* Ger. Das honig bringt oder samlet. Hisp. *Cosa que trae miel.* Pol. *Miod zgromadzaiacy.* Vng. *Mezhez, baſsolatos.* Ang. *That bringeth or beareth honie.*] Ovid. 15 Metamor. Nónne vides quos cera tetigit sexangula fœtus Melliferarum apiũ sine membris corpora nasci?

Mellĭgĕnus, na, num. pen. corr. Quod est ejusdem generis cum melle. [μελιτώδης. Gall. *De miel.* Ital. *Di mele.* Ger. Das der art oder gattung des honigs ist. Hisp. *Cosa de miel.* Pol. *Miodowi.* Vng. *Mezhez baſsolatos.* Ang. *Of honie.*] Plinius libro 16. capite 7: Fert & aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni succi. Hoc est, ejusdem succi, cujus est mel ipsum.

Mellītissĭmus, Linctura est ex melle, vel id quod Græcè Εκλειγμα.

Mĕlăbăthrum, pen. corr. μελάβαθρον, Herba est, quæ alio nomine Parthenium dicitur, chamæmelo adeò similis, ut pro ea sæpè fallat legentem. Vide Dioſc. lib. 3.

Melamirum, piscis à nigra cauda nomen trahens.

Melamorrhizon, Veratrum nigrum, apud Dioscor. libro 4. cap. 152.

Mĕlampĕlŏs, penul. corr. μελάμπελος, Herba est, quæ alio nomine Helxine dicitur: [Pol. *Powoi mal's.*] quidam etiam ex Latinis Vitem nigram appellant. De hac Dioſc. lib. 4.

Mĕlamphyllŏn, [μελάμφυλλον. Ger. Ein geschlecht des krauts / so von den Apotekern *Branca ursina* genẽt wird. Pol. *Barſzcz.*] Herba est aculeata, folio in nigredinem tendente: unde & nomen accepit. Alio nomine Acanthus dicitur. Vide Plin. lib. 22. cap. 22. & Dioscor. lib. 3. & quæ suprà annotavimus in dictione Acanthus.

Melampycnos, Herba ea, quę Myaros & Myagros dicitur.

Mĕlampўrŏs, μελάμπυρος, Herba est in segetibus nascens, teste Theophrasto, quæ aliàs Miagros appellatur. Latinè atrum frumentum.

Mĕlampŏdĭŏn, [μελαμπόδιον. Ger. Schwartz Nieswurtz.] Genus est nigri hellebori, ita dictum, à Melampode quodã, qui eo uti in divinationibus solebat: vel à pastore ejusdem nominis, qui primus hanc herbam invenisse dicitur, dum capras eo purgari animadverteret. Vide Plin. lib. 25. cap. 5.

Melan, μέλαν, Latinè nigrum, quo in compositione utimur.

Mĕlancholiă. Cum accentu in penultima, Latinè dicitur nigra cholera: hoc est, atra bilis, quæ sæpè in furorem agit homines. [μελαγχολία. Gal. *Melancholie.* Ital. *Maninconia, humor malinconico.* Ger. Die schwartze gall / oder schwartz schleim von der gallen in dem gebiũt. Hisp. *Melancholia.* Pol. *Melankolia, zbombarzenie pig wargowa.* Vng. *Nehez red nbſeg nihez kedues tisztalo nehezseg.* Ang. *Melancholie.*] Cicer. 3. Tuscul. Græci volant illi quidem, sed parùm valent verbo, quem nos *furorem*, ipsi *melancholiam* vocant: quasi verò atra bile solùm mens, ac non sæpè vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. ¶ Melancholiæ varias species, vide apud Galenum in tractatu de Atra bile.

Mĕlancholĭcus, qui nigra bile plurimùm abundat. [μελαγχολικός. Gall. *Melancholique.* Ital. *Maninconico.* Ger. Der schwartzen gallen oder schwartz gebiũt. Hisp. *Melancholico.* Pol. *Melankolik, to iest maszcząca palona zoł cz.* Vng. *Nehez kedumu mord kedemu.* Ang. *Melancholick.*] Plinius lib. 20. cap. 7: Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, &c. Cicero 1. Tusc. Aristoteles quidem ait, omnes ingeniosos melancholicos esse: ut ego me tardiorem esse non molestè feram. Idem 1. de Divin. Aristot. eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis præsagiens, atque divinum.

Mĕlancŏrўphus, phi, m. f. μελαγκόρυφος, Avis, quæ & Ficedula dicitur: sed Ficedula tantùm autumno ab edendis ficis, alias temporibus melancoryphus vocatur, quòd κορυφὴ μέλαινα: hoc est, verticem nigrum habeat. Latinè Atricapillam dicere possumus. Plin. lib. 37. cap. 8: Sunt qui in Arabia inveniri eas dicant in nidis avium, quas Melancoryphos vocant.

Melandris, genus Tynni grandissimum.

Mĕlandrўon, μελανδρυον, Ruellius interpretatur intimam durissimamq; roboris materiam, quæ cortice & albumo detractis relinquitur.

Mĕlanthŏn, μελάνθιον, Flos est subnigri coloris. Latinè *violam nigram* possumus interpretari.

Melanorrhizon, penult. prod. μελανόῤῥιζον. Herba est, quam alio nomine Veratrum nigrum appellant. Nomen habet à radicis nigredine. μέλαν enim nigrum est, & ῥίζα, radix. Debet Dioscor. lib. 4.

Mĕlantĕrĭa, μελαντηρία, Alio nomine Atramentum metallicum appellatur, quo medici utuntur ad putrefactam, sive excrescentem carnem consumendam. Vulgus Gallorum *vitriolum* vocat.

Melanthĭŏn, [μελάνθιον. Ger. Schabab / Nielsher Coriander.] Herba est, sive potiùs frutex pusillus, à seminis nigredine nomen habens, quod à Plin. lib. 20. cap. 17. Gith appellatur, & à quibusdam Melaspermon. Officinæ *Nigellam* vocant.

Mĕlănūrus, pen. prod. [μελάνουρος. Ger. Ein Meerfisch / mit von den Italienern *Occhiati*: das ist / *Oculata*, von wegen der grossen augen also genennt.] Piscis ex saxatilis, nigricantem habens caudam. Penultima hujus dictionis producitur, quum apud Græcos scribatur per υ diphthongum. Lippius in 3. Oppian. Haud facili parvus Melanurus fallitur arte. Ennius tamen contra orthographiæ rationem penultimam corripuit: primamq;, quæ per ου scribitur, licenter produxit in hoc versu: Melanurum, nudum, merulam, timbramq; marinam. ¶ Est præterea Melanurus, serpentis genus, præcipuè in Lybia & Arabia natus, vipera minus, sed ad inferendam perniciem multò velocior. Morsi ab eo siti torquentur, immodicèq; bibentes sibi ocium inferunt. Cauda lineis duabus nigris distinguitur (unde & nomen accepit) corpore reliquo albicãte. Vide Cæl. li. 25. cap. 33.

Mĕlăpĭum, Mali genus, ita dictum ab Apii mali similitudine. Plin. lib. 15. cap. 14.

Mĕlĕāgrĭdes, [μελεαγρίδες. Gall. *Gelines d'Afrique.* Ital. *Galline d'India.* Ger. Indianische hünet. Hisp. *Gallinas marisca.* Pol. *Indyckie kury, kokoſsy.* Vng. *Indiai tyuk.* Ang. *Hennes of Affrike.*] Gallinæ Africanæ sunt, quas vulgus *Indicas gallinas* vocat. Has Ovidius lib. 8. Metamorph. fabulatur Meleagri sorores fuisse, doloris impatientia, quem ex morte fratris conceperant, in has aves conversas. Plin. lib. 10. cap. 16: Simili modo pugnant Meleagrides in Bœotia Africæ: hoc est, gallinarum genus gibberũ, variis conspersum plumis. Varr. lib. 3. de re Rust. Gallinæ Africanæ

Asicanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas μελεαγρίδας appellant Græci. Hæ novissimè in triclinium gancarium introierunt è culina, propter fastidium hominum. Vide ea quæ in dictione GALLINA annotavimus de tribus gallinarum generibus.

Melegemella, Mala sunt, quæ & capuncula vocant.

Meli μέλι, Latinè mei, à quo per compositionem plurima nomina descendunt.

Mēlia μελία, à Græcis dicitur arbor, quam Latini Fraxinū vocant. Vide Ruellium lib. 1. cap. 82. ¶ Est & Melia Cariæ oppidum apud Hecatæum lib. 1. Genealog.

Mēlia terra μελία γῆ. Terræ genus est Eretriæ cinereo non dissimile, quodq; digitis confricatum fridorem reddit trito pumici similem. Vires habet in medicina easdē ferè eum alumine, paulò tamen ignaviores. Pictoribus etiam usui est, ad diuturnitatem colorū similitatem. Plin. Melinum vocat, nomine deducto à Melo insula, una Sporadum, unde advehi solet.

Mēlicēris, dis, penult. prod. μελικήρις, Abscessus species est ex pituitæ affluxu generati, qui humorem in se continet, mellis & crassitudinem & colorem referentem. Vnde & nomen accepit. Plin. lib 21. de Meliloto: Peculiariter contra meliceridas efficax. Celsus lib. 5. hoc abscessus genus μελικηρίδιον, vocari asserit, nomine sumpto à favo, cujus similitudinem refert.

Mēlichrōs μελίχρως, Gemma est mellei coloris, unde & nomē habet. Plin. lib. 37. cap. 13: Colos appellavit chrysolythum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota.

Melichrysōs μελίχρυσος, Gemma quæ ex India mittitur, quæ per aurum syncero melle translucente. Plin. lib. 37. cap. 9.

Mēlicrātōn μελίκρατον, Potus est confectus ex aqua & melle, qui à Latinis Aqua mulsa dicitur. Nomen accepit ἀπὸ τῆς μέλιτος: hoc est, à melle, & verbo κεράω, sive κεράννυμι, quod est miscere sive tempero. [Pol. Miodpyti.]

Mēlicus, a, um. penult. corr. idem quod musicus. [μελικός. Gall. Musicien. Ital. Musico. Ger. Ein senger/der gesang macht/oder singt in dem übt. Hisp. Dulce en canto. Pol. Spiewak. muzyk. Vng. Muzsikus lantos, hegedrs, &c. musica Zenesmos. Ang. A musician.] A Græco nomine μέλος, quod carmen, sive cantum significat. Vnde poētæ Lyrici, Melici dicti sunt. Ausonius: Tu melicos, lyricosque modos. Cicero de Opt. gen. Orator. Poēmatis enim tragici, comici, epici, melici etiā, atq; dithyrāmbici, &c.

Mēlicæ, Gallinæ, teste Col. lib. 8. cap. 2, vulgò appellatæ sunt, quæ Mediæ dici debuerant.

Melilōtos, penult. prod. f. t. [μελίλωτος. Ger. Steinklee. Pol. Ostia, wsplyskpolne, koniczyna. Ital. Meliloto.] quasi dulcis & mellea lotos. Herba est croco similis, frequens in Campania, quæ quòd coronamentis adhiberi solet, Serpula Campana appellatur à Latinis. De hac Plin. lib. 21. cap. 11. & Ruellius lib. 3. cap. 35. Ovid. Pars thymo, pars flores pars melilotos amant.

Mēlimēla, penult. prod. n. t. [μελίμηλα. Ger. Ein gattung süsser öpffel wie honig/zu reden. Pol. Słodkie iabka. Vng. Edes alma. Ar. Mellen apples.] utrobiq; per simplex l. Dicūtur poma mustea, sive dulcia, quasi mellea mala. Nam μέλι, mel, μῆλον malū significat. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 59: Quæ antea musteа vocabant, nunc melimela appellant. Eadem vulgò Nana vocantur, à parvitate arborum è quibus proveniunt. Plin. lib. 15. cap. 14: Mustea à celeritate mitescendi, quę nunc Melimela dicuntur à sapore melleo. Martial. lib. 7. Infanti melimela dato, fatuasq; mariscas. Nam mihi quæ novit pungere, Chia sapit. Vide Colum. lib. 5. cap. 10.

Melimeli, melimelis, pen. corr. n. t. [Ger. Kattunen tatwerg.]

Mēlinā, æ, f. p. μηλίνη, Vt Festus ait, genus tibiæ acutissimi soni. ¶ Est & genus vestis, vel à colore, vel à Melo insula, unde afferebantur, hic dictæ. Plautus in Epid. Vbi ergo est? nisi tū in vidulo. Aut si in melina attulisti.

Mēlinum, ni, n. f. [μήλινον. Gall. Meliſſe. Ital. Meliſſa. Ger. Melissentraut/Muttertraut/Hertztraut/Pfaffentraut/oder Imbenkraut. Hisp. Toronjil. Pol. Pszelnik, roiownik. Vng. Mehfw. Ang. Baulme hearbe.] Apiastrum vocat Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16. ¶ Est & melinum (ut ait Plin. lib. 23. cap. 6.) oleum ex flore malorum. ¶ Est & unguentum. Plin. lib. 13. cap. 1: Amaracinum in Coo: postea eodem loco præstantissimum est melinum. ¶ Melinum quoq; coloris candidi species est, à Melo insula, una Sporadum nomē habens, ubi præstantissimum effoditur. Dioscor. lib. 5. Meliam terram vocat. Plin. lib. 35. cap. 6: Melinum candidum & ipsum est, optimum in Melo insula. In Samo quoq; nascitur, sed eo non utuntur pictores, propter nimiam pinguedinem. Plaut. in Mostel. Neq; cerussam neq; melinum, neq; aliam officiam.

Melior, Meliusculus, Melioro, & Melioresco, Vide BONVS.

Melion, Aqueum Satyricum erithronion, apud Dioscor. lib. 4. cap. 145.

Mēlipēctē, μελίπηκτον, Cibaria mellita, cujusmodi sunt placentæ mellitæ.

Mēliphyllōn, [μελίφυλλον. Gall. Meliſſe. Ital. Meliſſa. Ger. Melissentraut/Muttertraut/oder Honigblat. Hisp. Toronjil. Pol. Pszelnik, roiownik. Vng. Mehfw. Ang. Baulme hearbe.] Herbæ nomen est, quæ alio nomine dicitur Apiastrum. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 16: Reliquū thymo, & cytiso observisse, & apiastro, quod alii μελισσόφυλλον, alii μελισσοφύλλιον, quidam μέλισσα appellant. Virgil. 4. Georg. huc tu jussos asperge liquores Trita meliphylla, & cerinthæ ignobile gramen. Vbi Servius annotavit, Meliphylla per syncopen esse dicta, quasi melissophylla.

Mēlipontus, Quem & Medipontū vocant suprà ostendimus, Fumi genus est, quod à Catone non uno in loco numeratur inter ea quæ necessaria sunt oleum conficientibus. Cato cap. 68: Vbi vindemia, & oleitas facta erit, præla extollito, funes, torculos, melipōtos, subductarios, aut in carnario aut in prælo suspendito.

Mēlis, hujus melis, f. t. [μέλις. Ger. Ein Dachs. Pol. Iazwiec. Vn. Hármók. An. A brockebadger.] Animal, quod & Taxus sive Taxo dicitur, quòd sit mellis avidissimum, & alvearibus semper infestum, in cavernis vivens, asperum, mordaxq;, magnitudine vulpis, colore felis, ex cujus pelle pharetras, & canum collaria obtegunt. Plin. lib 8. cap. 32, hanc esse ait mellibus in metu solertiam, ut suffilata cute dissentæ, ictus hominum, & morsus canum arceant.

Mēlissōnes, Græci μελίσσους vocant apes. Vnde Melissones dicuntur apiaria, quæ mellaria quoq; nominant, loca videlicet in quibus siti sunt alvei apum. Vide MELITONES.

Mēlissophyllōn, n. f. [μελισσόφυλλον. Gall. Meliſſe. Ital. Meliſſa. Ger. Melissentraut/Muttertraut/Hertztraut/Pfaffentraut/oder Imbenkraut. Hisp. Toronjil. Pol. Pszelnik, roiownik. Vng. Mehfw. Ang. Baulme hearbe.] Herba est ballotæ similis, quæ & Apiastrum, & Citrago, & Meliphyllum, & Melinū appellatur. Gallis Melissam vocant. Nomen habet ἀπὸ τῶν μελίσσων: hoc est, ab apibus quæ eo tāroperè oblectantur, ut si eo alveatis perungantur, nusquam diffugiant. De hac herba vide Columell. lib. 9. cap. 8. & Varr. de Re rust. lib. 3 cap. 16.

Mēlites, μελίτης, Gēma sic dicta à colore mali Cydonei, quod μῆλον πρὸς ἐξοχὴν dicitur. Plin. lib. 37. cap. 11. sic ait: Melites mali coloris, nec plura addidit.

Melithæna, Melissophyllon vel apiarium, Dioscor. li. 3. cap. 117.

Melithæum, Apiastrum apud Dioscor. lib. 3. cap. 117.

Mēlitītes, melititis, pen. prod. m. t. [μελίτιτης. Ger. Meſſuāt.] Genus potionis dulcis (ut ait Plin. lib. 14. cap. 9.) factæ ex melle & musto: hoc est, ex congio mellis, & quinq; congiis austeri musti, & cyatho salis, una fervefactis. Differt autem à mulso, in quo binis vini, singuli mellis congii admiscentur, ut docet Dioscor. lib. 5. ¶ Est præterea Melitites, lapis cinericei coloris, qui coti attritus, vel cum liquore contusus, liquorem dulcem emittit. Vnde & nomen accepit. Vide Plin. lib. 36. cap. 19. & Galenum lib. 9. Simpl.

Mēlittōnēs, penult. prod. m. t. [μελιττῶνες. Ger. Ein ort da man Bȳen oder Imben hatter. Pol. Hal.] Alvei, in quibus apes nutriūtur. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16: Melittones ita facere oportet, quos alii μελισσεωνοφύλια appellant. Eadem quidam Mellaria. Vulgus Gallicum Ruchas vocat.

Mēlitūrgus, vide MEL.

Mēlium, [μήλιον. Pol. Kſiężnicznik.] Herba est in aquis & locis uliginosis nascens, semen habens lini semini nō dissimile, aliquanto tamen majus & firmius, & præ lęvore splendens. Alicq; nomine Satyrion rubens appellatur. Vim habere creditur incendendi ad libidinem. Dioscor. lib 3. Altera species est quam vulgò palmam Christi appellant. [Pol. Rącki. ītē dlouhoſſioma.]

Mēlius, comparativum à Bene, & Melitusculē, Vide BENE in BONVS.

Mēlisōmum, μελισώμιον, pen. prod. n. f. Condimentum quoddam vocat Apicius ex mellis defrutique mistura confectum.

Mellācium, n. f. ὑδρόμελι, ὑδρόμελον. Mustum ad mediā partem decoctum, quam Sapam appellamus, ut inquit Nonius.

Mellificātio, Mellificator, Mellifico, Mellitus, Vide MEL.

Mellĭgĕtă. Cardamomi genus, Raib. Corol. Cardam.

Mellĭgo, inis, [μελίτωμα. Ger. Safft von den blumen/etc. so die Bȳen in sangen/honig damus zu machen. An. Meldem en cerne.] penult. prod. f. t. Succus è lacrymis arborum, sive florum quem apes devorant, postea ad alveos regressæ evomunt, operaq; componunt. Plin. lib. 11. cap. 6: Primùm itaq; favos constituunt, ceram fingūt: deinde soboles: postea mella. Ceram ex floribus, melligĭnem è lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, salicis, ulmi, arundinis succo, gummi, resina. ¶ Ponitur & pro quocūq; succo florescētis fructus adhuc, atq; immaturi. Plin. lib. 12. cap. 27. In prima lanugine deminitur uva, ejusq; melligo, reliquum corpus sole coquitur.

Mellĭloquŭs, penul. corr. Cui oratio suavis instar mellis, ex ore profluit. [μελίγηρυς, μελίφωνος. Pol. Ślarkomowca.]

Mellum, quid sit, in Plinio non satis constat, nisi fortè Mel, non Mellum legendum sit.

Mēlŏcārpŏs,

Mēlŏcārpŏs, [μηλόκαρπος. Pol. Τσιουκνίδι.] Herba est, quæ alio nomine Aristolochia longa appellatur. Dioscor. libro 3. capite 4.

Melŏlŏnthē, [μηλολόνθη. Ger. Ein grüner Schröter.] Scarabæi genus est, colore viridi nascens.

Melŏmĕlī, μελίμηλα, Confectio quædam ex malis cydoneis melle obrutis in lagæna. Rationem conficiendi docet Columella lib. 12. cap. 45. & Dioscor. lib. 5.

Melŏnēs, [Ger. Melonen. An. Melon fruit.] A Palladio dicũtur, qui ex genere peponum ad malorum rotunditatem accedunt quibusdam, facto ex malo & pepone nomine, Melopepones appellantur.

Melŏnŏmĭs, μελονόμος, penult. corr. ovium pastor. Nam μῆλα & poma, & oves significat.

Mēlŏpĕpŏnes, [μηλοπέπονες. Pol. Meloni.] Fructus sunt ex genere peponum, qui mali figuram rotunditatęq; imitantur. Non pendent hi, sed humi rotundantur, & odorem jucundissimum habent, ubi maturuêre. Palladius Melones vocat. Vide Ruellium lib. 1.

Mĕlŏs, [שִׁירָה synagd. μέλος. Gall. Douceur de chant, melodie. Ital. Dolcezza di canto, melodia. Ger. Der nebūh thon des gesangs. Hisp. El canto dulce. Pol. Słodycżą melodya. Vng. Gędeb meg ęges, ekes enekles. Ang. Sweetnesse of musicke, melodie.] generis neutr. & indeclinabile est, aut cęrtè defectivum: nam genitivum, & dativum singulares, totumq; pluralem numerum apud Latinos non habet. Ablativo Melo usus est Lactantius Firmianus in Hymno de Resur. Dominica: Fitque repercusso dulcior aura melo. Apud Græcos declinatur, τὸ μέλος, τοῦ μέλους. Est autem Melos cãtus suavitas, ex apta vocis modulatione, & flexu proficiscens. Persius in prooemio Satyrarũ: Corvos Poëtas, & Poëtridas picas Cantare credas Pegaseum melos. ¶ Hinc multa, de quibus mox, deducuntur.

Mĕlōdī, f. f. p. [שִׁירָה synagd. μελῳδία. Gall. Melodie, douce chant. Ital. Melodia. Ger. Ein tieblich oder süß gesang. Hisp. Canto dulce. Pol. Melodia. Vng. Ides gyönörü ęges enek. Ang. Sweetnesse of musicke, melodie.] cum accentu in penultima, Dulcis cantus, sive melicus.

Mĕlōdēs, pen. prod. μελῳδός. Accipitur pro melico dulcia carmina cantante. Sidon. Proculus melodes insonare pulsibus.

Melŏtā, tę, & Melote, tes, f. p. per prod. [μηλωτή. Ger. Ein schaffell mit der Wollen.] Dici potest pellis ovina unà cum lana corpori detracta. μῆλον enim à Græcis dicitur, quæ à nobis ovis.

Melothrum, n. f. μηλόθρον, Herba est, quæ alio nomine ἄμπελος λεύκη, hoc est, vitis alba appellatur. De hac Dioscor. lib. 4.

Membrum, bri, n. f. Propriè dicitur caro artus tegens: [μέλος. Gall. Membre. Ital. Membro. Ger. Haut und Fleisch damit die Glieder des Leibs vberzogen sind: item, Ein jetliches Glied. Hisp. Miembro. Pol. Skora y ciało o ktrymkolwiek kośćiy, ył enek. Vng. Tag. Ang. A member.] unde Membrana, superior membri pars dicitur: hoc est, pellis ipsa. Silius: & venis malè juncta trementibus ossa Extant cõsumptis visa deformia membris. ¶ Accipiuntur tamen etiam membra pro singulis corporis partibus: ut manus, pes, auris, membra dicuntur. Terentius in Adelph. Membra metu debilia sunt. Cic. 3. de Finibus: Iam membrorum: id est, partium corporis, alia videntur propter eorum usum à natura esse donata, ut manus, crura pedes, &c. alia autem nullam ob utilitatem, quasi ad quendam ornatum, ut cauda pavoni. Virg. 9. Aeneid. Quò sequar? aut quæ nunc artus, avulsaque membra, Et funus lacerum tellus habet? ¶ Membra principàlia & principes partes sunt in animante, Cor, cerebrum, jecur. Quomodo autem differãt membra ab Artubus, vide in dictione ARTVS. ¶ Sumitur etiam Membrum pro parte cujusq; rei. Plin. Epistol. 17. lib. 2: Adhæret dormitorium, membrum, transitu interjecente. Hoc est, pars domus quieti corporum dicata. Cic. 1. de Nat. deor. Omnes autem ejus partes, atque omnia membra tum facillimè noscuntur, qui totæ quæstiones scribendo explicãtur. Columella præterea & Apuleius partem domus, membrum nominant. Et Vlpianus de manumissiõnibus: Quæri, inquit, potest, si fabris duobus, vel pictoribus templum vel membrũ depictum esset. De oratoris membris ita Autor ad Herennium: Membrum, omnis appellatur res breviter absoluta, sine totius sententiæ demonstratione, quæ denuò alio membro orationis excipitur. Cic. in Oratore: Quę Græci κόμματα, & κῶλα nominant, nos rectè incisa & membra dicimus. ¶ A membrum fiunt adjectiva, Bimembris, διμελῶς. Trimembris, τριμελῶς, Quadrimembris, τετραμελῶς: hoc est, duarum, trium, quatuor partium.

Membrācŭlum, dimin. à membris. Apul. lib. 6: Verùm cor vivũ asini crassum, sed hirundinis tenue circumdedit membranulum. μεμβράνιον Græcè dicitur.

Membrātim, adverbiũ, Significat per membra singula, per partes. [κατὰ μέλη. Gall. Par membres, par pieces, membre à membre. Ital. A membro à membro. Ger. Von einem glied zu dem anderen / in stuck weis. Hisp. Miembro à miembro. Pol. Po członkach. Vng. Tagonkent, darabonkent, kuloncsonkent. Ang. By member and member, by parte.] Plin. lib. 9. cap. 15: Hi membratim cæsi, cervice, & abdomine commendantur. Idem lib. 11. capite 37: Itaque nunc per singulas partes corporis, præter jam dictas, membratim tractetur historia. Cicer. in Partit. Narratio autem accusatoris erit, quasi membratim gesti negotii suspitiosa explicatio. Quintil. libro 9. capite 4: Vbicunque acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim, culmque dicendum.

Membrānă, æ, f. p. Pellis exterior quæ membra tegit, & generaliter pro quavis tenuiori pellicula accipitur. [עוֹר hor, & עוֹר dek. dészer. Gall. Taye, petite peau. Ital. Pelle sottile. Ger. Die eusserst haut des leibs. Hisp. La tela. Pol. Skorka naczyńie. Vng. Lantzna hartya. Ang. The vppermost skinne of any thing.] Cic. 2. de Nat. deor. Quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestivit & sepsit. Lucret. lib. 4: Membranas mittunt vituli de corpore summo. Plin. lib. 9. cap. 29. Membranã inter illa miræ tenuitatis excedit. ¶ In ligno quoq; membrana est. Plin. lib. 13. de tilia: Inter corticem & lignum tenues tunicas multiplici membrana. ¶ Membranæ etiam dicuntur chartæ pergamenæ ex pellibus animalium factæ. [περγαμηνή. Gall. Parchemin. Ital. Pergamena. Ger. Perment so man auß etlicher thier häut machet: darauff zu schreiben. Bel. Pergament. Hisp. Pergamino. Pol. Pargamena. Ang. Parchement.] Earum usus Pergami, regnante Eumene inchoavit: magnamque earum vim Rex Attalus Romam misit, ac penuria chartæ pellibus pensaretur. Vnde Pergamenarum nomen ad hanc usque diem, tradente sibi invicem per manus posteritate, servatum est. Quintil. libro 10. capite 3: illa quoque minora non sunt transeunda, scribi optimè ceris, in quibus facillima est delendi ratio, nisi forte visus infirmior membranarum potiùs usum exegit. Plinius libro 7. capite 21: Iliada nuce inclusam Homeri carmen in membrana scripsum, tradidit Cicero. Mart. libro 1: Hos eme, quos arctat breviùs membrana tabellis. Horat. de Arte: Membrana intus positus delere licebit Quòd non edideris. ¶ Differt autem Charta à Membrana, quòd Membranæ pellicęæ sunt, & Pergami primùm inventæ: unde & Pergamenæ sunt appellatæ. Charta autem ex papyro olim in Aegypto fiebant, ut Plinius ostendit: apud nos de centonibus certo quodam modo maceratis, & glutino concretis formantur. Chartam ex papyro in victoria Magni Alexandri inventam scribit Varro, antea palmarum foliis scriptitarum fuisse: deinde quamdam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis, & scędis confici cœpta. Ptolemæus autem chartas, Eumenes verò membranas, quam uterque eorum maximas haberet bibliothecas, inventas: quorum alter Pergami, alter Aegypti rex fuit. Plinius autem putat chartarum usum Numæ temporibus fuisse, idque autoritate Cassii Heminæ confirmat, qui Co. Terentium scribam, agrum suum in Janiculo repastinantem, invenisse arcam, in qua Numa rex situs esset, & in ea libros ejus è charta scriptos. Sed Numam, pluribus ætatibus ante Alexandrum fuisse constat.

Membrānŭlă, diminutivum. [τὸ ὑμένιον. Gall. Taye, petite peau. Ital. Pelle sottile. Ger. Ein permentin. Hisp. La tela. Pol. Pargamenka. Vng. Lantznatzka, hartyatska. An. A skinne or marl skinne.] Cicero ad Attic. lib. 4: Itaq; imperes, ut sumãt membranulam, ex qua indices fiant.

Membrānăcĕŭs, a, um, Quod similitudinem membranæ habet. [ὑμενώδης. Gall. Semblable à parchemin. Ital. Simile à membrana. Germ. Dem pergament gleich. Hisp. Cosa semejante à pergamino. Pol. Pargaminowy. Vng. Lantznahoz, annak hasonlo. Ang. That is like parchement.] Plinius libro 16. capite 31: Quibusdam cortex membranaceus, ut viti. Idem libro 10. capite 61: Volucrum animal pars vespertilio tantùm, cui membranaceu pinnæ.

Membrānĕŭs, a, um, Quod ex membranis est. [δερμάτινος, μεμβρανώδης. Gall. De parchemin. Ital. Di pergamina à membrana. Ger. Permentin / auß permat gemacht. Hisp. Cosa de pergamino. Vng. Lantznabol, hartyabol valo. Ang. Made of parchement.] Vlp. Librorũ appellatione. ff. de Legat. iij: Quòd si in codicibus sint membranei, vel characei, vel etiam chorei.

Membrātī. Significat per membra formati, μεμορφωμένος. quo verbo utitur Censorinus in lib. de Die natali.

Membrātĭō, f. Est membrorum positura, διάπλασις.

Membrōsŭs, a, um, μελώδης, Qui magna habet membra. [Pol. Rozsoki.]

Meme, Accusativus geminatus, majoris vehementiæ gratia, ab Ego primitivo, Virg. [Ger. Mich/ich mich.]

Memet, Pronomen compositum, Plaut. [Ger. Mich selbs.]

Mĕmĕcўlŏn, μεμεκύλων, Species est arbusti. Plin. li. 15. cap. 24. de unedone loquens: Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, Camaron, & memecylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos. Vide Dioscor. lib. 1.

Mĕmĭnī,

MEM

Mĕmĭni, A Meno antiquo verbo fit, quo veteres usi sunt pro recordor & in mentem revoco: à quo prima syllaba geminata fit præteritum Memini, sicut à Pungo, Pupugi. [זכר *zachár. μνημονεύω.* Gall. *Se ſouvenir, auoir memoire.* Ital. *Ricordarſi.* Ger. Gedencken. Hiſp. *Recordarſe.* Pol. *Pamietam.* Vng. *Emlekezem rea, vagy ezembe.* Ang. *To remember.*] Et quanvis sit præteriti temporis, in præsenti tamen ferè semper accipitur, teste Valla in Rauden. Plaut. Epid. Lunulam arq; anellum aureolum in digito? V. memini mi homo. E. Non meministi me in aurem ad te afferre natali die? Idem Asin. In jus voco te. I. E. non eo. M E non is? memento. I. ē. memini. Terent. in Andr. Facturum quæ voles, scio esse omnia. P. memini. Cicero pro Quint. Memini, verus est, de scutra multò facilius divitem, quàm patremfamiliàs fieri posse. Virg. 2. Aeneid. Quanquam animus, meminisse horret, luctuq; refugit Incipiam. Ovid. 9. Meramor. Dum loquor, horror habet parsq; est meminisse doloris. Requirit genitivũ, vel accusativum. Terent. in Eunuch. Faciam ut hujus loci diciq; meiq; semper memineris. Virgil. 9. Aeglog. -numeros memini, si verba tenerem. Ovid Epist. 21: -meminerunt omnis amantes. Cicero de Senect. Omnia quę curant senes, memineruat. Sed quum significat mentionem facio, recusat accusativum, postulatq; ablativum cum præpositione De, vel genitivũ. Quint. lib. 11. cap. 2: De quibus multi meminerũt. Ibidẽ: Neq; omnino hujus rei meminit Poëta ipse. ¶ In priore significatione jungitur tàm cum præterito infinitivi, quàm cum præsenti. Virgil. 9. Aeglog. Nanq; sub Oebalię mẽ-mini me turribus altis Coricum vidisse senem. Idem: Camando puerum memini me condere Soles. Cicero Appio: Ad me adire quosdam memini. Idem Papyrio lib. 4: Nec tamen ea cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant. Quod erit, magnificũ sit & lautum. Memini te mihi Phameę cœnam narrare: tempestivius fiat, cætera eodem modo. Idem Attic. lib. 1: De comitiis meis, & tibi me permisisse memini. Idem pro Rosc. Amer. Memini sibi me ita distribuisse initio causam. ¶ Hujus compositũ est, Commemini, de quo suo loco.

Mĕmŏr, hujus memoris, penul. corr. gen. omnis, secundum Priscianum, à verbo Memini, Qui rei alicujus recordatur. [זכר *Zachár* זכור *zachúr. μνημονικός, μνήμων.* Gall. *Memoratif, qui a memoire, & ſe ſouuient.* Ital. *Ricordeuole, memore* Ger. Eyngedenck. Bel. Gedachtich. Hiſp. *El que ſe recuerda.* Pol. *Pamietaiacy.* Vng. *Meg emlekezö, elmés.* Ang. *Mynfull.*] Plautus in Pseud. Advertę ergo animum, & fac sis promisti memor. Idem Cap. Nunquid vis? P. venias tempori. A. memorem monco. Virgil. 4. Aeneid. Et bene apud memores veteris stat gratia facti. Idem 6. Aeneid. Quiq; sui memores alios fecêre merendo. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: Vive memor quàm sis ævi brevis. ¶ Quum autem de inanimatis rebus dicitur, significat rem cujus nos memores sumus. Virgil. 1. Aeneid. fœvæ memorem Iunonis ob iram. Horat. lib. 1. Carm. Sive puer furens Impressit memorem dente labris notam: hoc est, tam vehementè, ut non facilè excidat memoria. Ovid. Epist. 19: Et vocem memori cõdidit ante tuã. Idem 4. de Ponto. Eleg. 2: Carmina sola tibi memorem testantia curam. Non data sunt, quid enim, quæ facis ipse darem? ¶ Hujus contrarium est Immemor, de quo suo loco.

Mĕmŏrĭa, æ, f. p. (ut inquit autor ad Herẽnium lib. 1.) Est firma animi rerum & verborũ dispositionis perceptio, item recordatio, ætas, antiquitas. [זכר *Zicher* זכרון *zichcharón. μνήμη.* Gall. *Memoire.* Ital. *Memoria, rimembranza.* Ger. Gedechtnuß. Bel. Gedachtenisse. Hiſp. *La potencia de ſe recordar, memoria.* Pol. *Pamiąt.* Vng. *Elme.* Ang. *Memorie, remembrance.*] Cic. 2 de Inven. Memoria est, per quam animus repetit illa quæ fecerunt. Idem de claris Orat. Quorum membria & recordatio in maximis nostris gravissimisq; curis jucunda sanè fuit. Idem ad Plancum lib. 10. Epist. Nihil post hominũ memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi. Terentius in Andr. In memoria habeo, בלב *bilbáb. μνήμη.* Vbi Donatus: Plus est, quàm si dixisset, Scio. Nam quæ scimus, possumus oblivisci: quæ verò memoriæ cõmendamus, nunquam amittimus. Pacuvius: Perq; nostram egregiam humanitatem, quã memoria firmavit. ¶ Nominis hujus in oratione varius est usus. Dicimus enim Insidere in memoria, Memoriæ affigere, Memoriæ mãdare, Memoria custodire, Memoriã alicujus rei sibi proponere. In memoria esse alicui, Memoriã alicujus usurpare, Memoriæ alicujus dare operã, Memoria tenere, Memoria cõtinere, Memoria complecti, Memoriã alicujus tenere, Memoria meminisse, Memoriæ prodere, Memoriam alicujus rei prodere, Memoriæ tradere: Memoria est. pro eo quod est, Memini: Memoria cadit vel intercidit, Memoria fallit, Memoria repetere, In memoriã redigere, In memoriã revocare, Reducere in memoriã, In memoriã redire, Referre memoriam alicujus, Omni memoria, vel in omni memoria, pro in omni tempore. Superiori memoria, pro superiori tempore, Vsque ad hanc memoriam: id est, usque ad hoc tempus: Vt mea memoria est: id est, quantum possum meminisse, aut reminisci: Memoria mea factum non est illud: id est, quantum meminisse possum. Quarum loquutionum testimonia passim bonos autores legenti occurrent.

Mĕmŏrĭŏlă, diminut. Cic. ad Att. lib. 12: Sed quod scribis ignis-culum matutinum, χρηστὸν κάτοχον, est memoriola vacillare.

Mĕmŏrĭtĕr, adverb. imperiti dicunt, Mente tenus, de memoria, ex memoria. [μνημονικῶς. Gall. *Par memoire, par cueur.* Ital. *Ricordandoſi, & hauendo à mente.* Ger. Außwendig. Bel. Van buyten. Hiſp. *De coro ò de memoria.* Pol. *Na pamiec.* Vng. *Kordva.* Ang. *By heart, redelie, with good remembrance.*] Cicero de Amicitia: Qui, Mutius Augur Scævola multa narrare de C. Lælio socero suo memoriter & jucundè solebat. Sic etiam dicimus, Memoriter cognoscere, Memoriter memorare, enumerare, pronuntiare, complecti rem, recitare, respondere, Memoriter colligere, Memoriter meminisse, Memoriter narrare, Memoriter respondere, Memoriter exponere, Memoriter vocare.

Mĕmŏrācŭlum, [μνημεῖον. Vn. *Emlekhely.*] Apuleius in Apologia: Me sanctissimè tot sacrorum signa, & memoracula custodire.

Mĕmŏrābĭlĭs, le, om. t. Qui est dignus memoria, laudabilis, præclarus, excellens. [זכר *mizkhar. ἀξιόμνημος, ἀξιόλογος.* Gall. *Memorable, digne de memoire.* Ital. *Memorabile.* Ger. Gedächtnuß würdig. Hiſp. *Cosa digna de memoria.* Pol. *Godni pamieci.* Vng. *Emlekezetre melto.* Ang. *Worthie of memorie or remembrance.*] Columna in Præfat. lib. 1: Quum tot alios Romani generis imitemur memorabiles duces. Cic. de Amic. Quũ accepissemus à patribus maximè memorabilem, C. Lælii, & Pub. Scipionis familiaritatem fuisse. Terentius in Heaut. Heus tu, non fit sine periculo facinus magnũ & memorabile. Virg. 4. Aeneid. magnũ & memorabile numen. Idem 2. Aeneid. nanque etsi nullum memorabile nomen. Fœminea in pœna est. Cicer. 3. de Finib. Si enim sapiens aliquis miser esse possit, næ ego istam gloriosam memorabilemq; virtutẽ non magno æstimandam putẽ.

Mĕmŏro, as, penult. corrept. act. p. Ad memoriam reduco. [μνημονεύω. Gall. *Penſer & remmemorer, reduire en memoire.* Ital. *Ricordare, ricordare.* Ger. In gedechtnuß bringen, widerholen, *item*, Erzehlen. Bel. Verhalen, vertellen. Hiſp. *Recordar à alge.* Pol. *Wſpamietuie.* Vng. *Elegendalom ezembet tartatom, ele hozom.* Ang. *To bring in remembrance, to make mention, to recite or report.*] Plautus in Pœn. Memorandum mihi, si novi fortè, aut si sunt cognati mihi. ¶ Interdum est dicere, narrare, seu exponere, recitare, λέγειν, ἐρεῖν. Livius libro 1. ab Vrbe: Herculemq; in ea loca, Geryone interempto, boves mira specie abegisse memorant. Virgil. 1. Aeneid. Musa mihi causas memora. Plautus in Trin. Agedum nomen tuum primum memora mihi. Idem in Amphit. Ibi nunc meus pater memorat, legiones hostium ut fugaverit: hoc est, commemorat, vel narrat. ¶ Hujus composita sunt, Commemoro, & Rememoro, quod est in memoriam reduco. Commemoro & passivum Memor. Plautus in Amphitr. Expetiit eo. Legitur & passivum. Memor. Plautus in Amphitr. Expetiit istuc mavellem me, quàm mihi memorarier. Sallustius: Incredibile memoratu est, quàm facilè coaluerint.

Mĕmŏrātŏr, oris, verbale, m. t. Qui memorat. [מזכיר *mazkír. ὑπομνηστήρ.* Gall. *Racconteur.* Ital. *Racconatore.* Ger. Ein erzehler. Hiſp. *Recordador.* Pol. *Wſpamietaiący.* Vng. *Elö Zamlalo, elö beszö.* Ang. *That maketh mention, or reporteth.*] Propert. lib. 3. Eleg. 1: Necnon ille tui casus memoratur Homerus.

Mĕmŏrātŭs, us, m. q. Memoratio, commemoratio. [זכר *Zicher* זכרון *Zichcharón. μνήμη.* Gal. *Memoire.* Ital. *Rimembrãza.* Ger. Widergedechtnuß, wider bottig. Hiſp. *Obra de recordarſe.* Pol. *Wſpamienienie, wſpominanie.* Vn. *Elö Zamlas, elö fogas.* Ang. *A reporting or making mention, or making of mention.*] Gellius lib. 11. cap. 4. Eos versus non minus frequenti, assiduoq; memoratu dignos puto, quàm philosophorum de officiis decreta.

Mĕmŏrātĭssĭmŭs, superl. Celebertimus. [Vn. *Igen hires neues, nevezetes.*] Gell. li. 8. cap. 4. Herodotus scriptor historiæ memoratissimus.

Mĕmŏrĭōsŭs, si, Qui memoria prædius est. Corn. Fronto de diff. voc. Memoriosus habet ad dicta factaq; memoriam.

Mĕmŏrĭōsĕ, adverb. Idem Corn. Fronto: Memoriosè qui facit, ostendit in omni re naturæ bonum.

Mĕmphītēs, æ, vel is, pen. prod. *μεμφίτης.* Lapis est pinguis varioq; colore, in membris secandis vel urendis citra omne periculum sensum adimens. De hoc Dioscor. lib. 5.

Mĕnæchmi, *μεναίχμοι.* Apud Plautum comœdia, in qua fratres gemini introducuntur ejusdem nominis, qui indiscreta similitudine miros aspicientium errores excitant.

Mendă, æ, f. p. & Mendum, di, n. (Error, erratũ, vitium. [משלה *mishgheh* משגה *mesibghéh* שגיאה *schegiaghàh* טעות *tukkoschath. πλάνη.* Gall. *Faute.* Ital. *Menda, errore.* Ger. Ein fehler oder mißthumb. Bel. Een faute. Hiſp. *Tacha, ò mancilla, ò mentira.* Pol. *Bł ad. fał ſt.* Vng. *Vétek.* Ang. *An error, a fault or wanting.*] Cecinna Ciceroni libro 6. Fam. Mendum scripturæ linura tollere. Ovid. lib. 1. de Arte: Nocte latent mendæ, vitioq; ignoscitur omni. Cic. Attic. lib. 2: Castritianum mendum nos corrigemus, &c.

mus, &c. Idem 4. Verr. Quod mendum ista litura correxit. Quàm mendam legit Nonius: id quod Victorius admonuit. Ovid. 1. Amor. Elegia 5: In toto nusquam corpore menda fuit. ¶ Hinc etiam fit verbum Emendo, as, quod est quasi mendas tollo. Remendo, Latinum non est: quanvis id recensuerit Calepinus inter derivata à nomine Mendum, decepius corrupto loco Columellæ, quem sic citat ex lib. 3. cap. 17: Quidam flagellum totum, sicut erat matri detractum, crediderunt fationi convenire, idq; per gemmas quinas, vel etiam per senas partiri, complures tale oleaster remendaverunt: quod ego minimè probo. Quo in loco castigatiora exemplaria sic habent: Taleolas terræ mandaverunt.

Mĕndōsus, a, um. Quod est erroribus plenum, corruptus, vitiatus: [כשקש *mekkāshāh* מעקש *mekokkāsh. σκρεμπτος.* Gall. *Menteur.* Ital. *Bugia, menzogna.* Ger. Ein lug. Hisp. *Mentira.* Pol. *Kłamstwo.* Vng. *Hazugság.* Ang. *A lie or leasing.*] Ovid. Epist. 21: Nec vos decipiant blandæ mendacia linguæ. Cic. pro Cluent. Homo qui esset totus ex fraude & mendacio compositus. Idem pro Mureena: Improbi hominis est mĕdacio fallere. Magnũ & impudens mendaciũ. Idẽ pro Cluent. Dicere mendaciũ, & Mentiri, quid differant, vide in verbo MENTIOR, mentiris.

Mĕndācĭũncŭlum, li, diminut. n. s. Parvum mendacium. [τὸ μικρὸν ψεῦδος. Gall. *Petite menſonge, petite menterie.* Ital. *Bugietta.* Ger. Ein tidne lug. Hisp. *Pequeña mentira.* Pol. *Łgiczka.* Vng. *Hazugsagocska.* Ang. *A little lie.*] Cic. li 2. de Orat. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Mĕndāx, cis, um. t. Vanus, fatilis, qui dicit mendacium. [כחש *chachāsh* כזב *chazzāb. ψεῦδος, ψεῦδη.* Gall. *Menteur.* Ital. *Mendace, bugiarda.* Ger. Ligenhafftig. Bel. *Leughenachtich.* Hisp. *Mentiroso.* Pol. *Łgarz, kłamca.* Vng. *Hazug.* Ang. *A liar.*] Cic. pro Rosc. Com. Quid interest inter perjurum & mendacem? qui mentiri solet, peierare consuevit. Idem 2. de Divin. Mendaci homini ne verũ quidem credere solemus. Virg. 2. Aencid. Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus Per sylvam & sparsi rorabāt sanguine vepres. Splendide mendax, Hor. 3. Carm. Ode 11. Fui mendax mihi: hoc est, falsò mihi persuasi. Ovid. Epist. 2. ¶ Et genitivo jungitur: ut Mendax hujus rei: id est, de hac re mentitur. Plaut. in Asin. Si hujus rei esse mendacem mveneris. ¶ A' Mendax fit Comparativum Mendacior, Superlativum Mendacissimus, & Adverbium Mendaciter, *ψευδῶς.*

Mĕndācĭlŏquŭs, penult. corrept. m. f. Qui loquitur mendaciũ. [כחש *chachāsh* כזב *chazzāb. ψευδολόγος.* Gall. *Menteur, qui dit menſonges.* Ital. *Che dice bugie, bugiarda.* Ger. Ein lugner: lugenſager oder lugenmaul. Hisp. *El que habla mentiras, mentiroſo.* Pol. *Łgarz, kłamaiacz.* Vng. *Hazugsagot beszélő.* Ang. *A lier, that telleth leasinges.*] Plaut. in Trin. Nihil est profectò stultius neq; stolidius, neq; mendaciloquius, neq; argutum magis.

Mendĭcŭl. f. pen. corr. *πλαγιογραφικῶς.* Vestis à Mĕdice dicta, quod magistratus nomẽ erat apud Oscos, ut ait Festus. Plaut. Epid. Quid erat indutus? an regillam induculam, an mendiculam?

Mendĭcum, (inquit Festus) dici putant velum quod in prora ponitur.

Mendĭcus, penult. prod. m. f. Qui victum ostiatim quærit. [אביון *ebyōn* רש *rāsh. πτωχός, πτωχικῶς.* Gall. *Mendiant, qui demande l'aumoſne.* Ital. *Mendico, pitocco.* Ger. Ein bettler. Hisp. *Mendigo, el que pide mendigando.* Pol. *Żebrak.* Vng. *Koldus.* Ang. *A begger.*] Et, ut refert Festus, Verrius dictum putat à mĕte, quod mentem ejus fefellerit fortuna: vel à medendo, quòd precetur omnes, ut vitæ suæ medeantur cibo: vel quòd manu indicet. Plaut. in Trin. Semper mendici molesti sunt. Idem Persa: Cum hac dote poteras vel mendico nubere. Cic. 5. Tusc. Paupertas si malum est, mendicus beatus esse non potest, quamvis sit sapiens. Apud Ciceronem pro Muræna legimus superlativum Mendicissimus, pro miserrimo, pauperrimoq. Solos (inquit) sapientes, si distortissimi sint, formosissimos: si mendicissimi, ditissimos. ¶ Interdum accipitur pro infimo & imbecillo. Cicero in de Oratore: Instrumentũ autem hoc forense, ingeniosum, ac tractum ex vulgi opinionibus, exiguum sane ac mendicũ est: hoc est, infirmum & invalidum, quodq; mendici in morem alienum postulet auxilium.

Mendĭcŭlus, diminutivum [πλαγιογραφικῶς. Gall. *Mendiaſtre, tout-à-fait mendiant.* Ital. *Mendico, poticciolo.* Ger. Ein bettlerlin. Hisp. *Mendigo pequeño.* Pol. *Żebraczyna.* Vng. *Koldusocska.* Ang. *A little begger.*] Cicero in Catilina: Collectum ex fœdere desperato, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus, &c.

Mĕndĭco, as, penult. prod: Vitæ alimenta postulo ostiatim. [שׁאל *shāal* πτωχεύω, πτωχεύω. Gall. *Mendier, demander l'aumoſne.* Ital. *Mendicare.* Ger. Betten: betteln. Hisp. *Mendigar.* Pol. *Żebrać.* Vng. *Koldulok.* Ang. *To begge, to aske his almesse.*] Juven. Satyr. 6: Arcanùm Iudæa tremens mendicat in aurem. Mendicare sibi malum, per metaphoram dixit Plautus in Amphit. Quia senecta ætate à me mendicas malum. Veteres etiã Mendicor pro mendico dicebãt: ut Plaut. in Vidularia: Malim mortiri meos, quàm mendicarier. Boni ministrantur, illam nunc irridemt mali, Ex Nonio.

Mĕndĭcans, penult. prod. participium. [שׁאל *shāal. πτωχεύων, πτωχικῶς.* Gall. *Mendiant.* Ital. *Mendicante.* Ger. Bettend. Hisp. *Mendigo.* Pol. *Żebrzący.* Vng. *Koldulo.* Ang. *Begging.*] Plaut. Cap. decere videatur magis Me fatuum fieri atque apud te, inepto & vesano tuo. Quàm illic, ubi minimè honestum est, mendicantem vivere.

Mĕndĭcātus, penult. prod. Aliud participium: ut Cibo mendicato pasci. Ovid. 6. Trist.

Mendĭcĭtās, ātis, f. t. Inopia, paupertas, egestas. [רשׁ *resh* חסרון *chesrōn. πτωχεία, πτωχικὴ κατάστασις.* Gall. *Mendicité, pauvreté, beſoigne à mendier d'un homme.* Ital. *Pittocheria, mĕdicatione.* Ger. Betlerey, betlerisch wesen, armut und mangel. Hisp. *Mendiguez.* Pol. *Żebractwo, ubóstwo.* Vng. *Koldussag.* Ang. *Extreme poverte, begging.*] Cic. pro Flac. Potuit dare Sextilius: nam fratres quidem cõsortes sunt mendicitatis. Plaut. Ruden. Mendicitaté mihi obtulit operam. Dum tuis auscultо magnidicis mendaciis. Cic. 5. de finibus: Quum & mendicitatem multi perpetiantur, ut vivant. Idem in Catil.: Ut omnes animi cruciatus, & corporis egestas & mendicitas consequatur.

Mendĭcĭtĕr, *Misere*, & tenuiter, *πτωχῶς.*

Mendĭmōnĭum, Inopia. *πτωχεία.* qua voce usus est verborum insignis innovator Laberius, ut refert Nonius.

Mendicabulum. n. s. Mendicatio ipsa, sive ipse mendicus. [רשׁ *resh* חסרון *chesrōn. πτωχεία.* Gal. *Mendiaste* Ital. *Pittocheria, mendicatione.* Ger. Ein abertettung oder ein bettler. Hisp. *Mendigo.* Pol. *Żebranina.* Vng. *Koldulas, (ansagy) koldus.* Ang. *Beggery.*] Plaut. in Aulul. Nam illos reges memorare nolo, hominum mendicabula.

Mendum. Vide MENDA.

Menefaretus, [μεσηλοφαγος. Ang. *An hawk eateth a fish.*] Avis ex aquilarum genere, minima magnitudine, viribus præcopis, colore nigricans, quæ sola fœtus suo valit, frequentiq; versatur in montibus. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

Meniana, Aedificia appellata sunt à Menio Censore, inquit Festus, qui primus in foro ultra columnas tigna projecit, quò ampliarentur superiora spectacula. Ascon. autem hujus verbi originem sic explicat: Menius quum domum suam vendesset Catoni & Flacco Coss. ut ibi basilica ædificaretur, exceperat jus sibi unius columnæ, super quã tectũ projiceret ex pisonianis tabulatis, unde & ipse & ejus posteri spectare munus gladiatorium possent. Ex illo Menia columna vocitata est. Ex quibus apparet error Porphyrionis cùm scribit: Menium ignobilitate notissimum, post abrosum patrimonium vendidisse domum quam habuerat ad forum spectantem, una sibi excepta columna, unde gladiatores spectaret, quę ex eo Menia columna nominabatur. Super hac colũna (ut nonnulli tradiderunt) Menius, tectum projecit & tabulata: unde & ipse & posteri ejus spectare munus gladiatorium possent. Unde factum putatur, ut omnia id genus ædificia Meniana vocarentur. Suetonius in Calig. Pauci è proximis Menianis spectabant.

Menianthes. Trifolium apud Dioscor. lib. 3 cap. 122.

Mĕninges. f. t. *μηνιγγες*, Membranæ duæ sunt, cerebrũ circumquaq; contegentes, quarũ exterior, quæ adversus, cranii impressiones cerebri veluti propugnaculum est & tegumentum. Crassa sive Dura meninx appellatur: & vulgò *Dura mater.* Hæc cranium intus succingit, interse & alteram meningem tantùm relinquens spatii, quantum cerebri pulsibus satis est. Ea autem hæc cribri ritu perforata, duplicaturq;, ut commodius venas muniat, quas in se habet ad tummum capitis verticem ascendentes.

ascendentes. Altera cerebro penitùs conjuncta est, quæ quòd tenuissima illi membranæ (quam in fœtu χόριον: id est, secundas vocant) persimilis sit χοριοειδὴς appellatur: Vulgò Pia mater.

Mens, hujus mẽtis, f.t. Animus, intelligentia, memoria. [זכרון zikharón. Gall. *Entendement, pensée, esprit, memoire.* Ital. *Mente, pensiero, memoria.* Ger. Der verstand/vernunfft/das gemät. Bel. Die gedechtenisse. Hisp. *Entendimiento, memoria.* Pol. *Rozum, umysł.* Vng. *Ész, elme, értelem.* Ang. *The mynd, the vnderstanding, the thoughte.*] Est princeps animæ facultas, qua solus homo præditus, cæteris antecellit animantibus, quaq; res incorporeas & ab omni materia abstractas contemplatur. Hinc fit, ut mentem plenq; dictam existiment, quasi eminentem, sive quòd inter omnes animæ facultates maximè emineat, sive quòd per eam inter animalia plurimùm eminemus. Ovid. 15. Metamorph. Mẽte deos adiit: & quod natura negabat Visibus humanis, oculis ea pectoris hausit. Cicero de Senect. Homini sive natura, sive Deus, nihil mente præstantius dedit. Idem pro Rabirio: Itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinæ mihi atque æternæ videntur esse, tum maximè, quòd optimi & sapientissimi cujusq; animus ita præsentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur. Idem 2. Offic. Hominis autem mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndiq; & audiendi delectatione ducitur. Lactantius lib. 7: Primùm non idem est mens & anima. Aliud est enim, quo vivimus: aliud quo cogitamus. Nam dormientium mens, non anima sopitur: & in furiosis mens extinguitur, anima manet. Et ideo qui mentis compotes non sunt, non excordes, sed dementes appellantur. Mens ergo (id est, intelligentia) vel augetur, vel minuitur pro ætate: anima in statu suo semper est. Et ex quo tempore spirandi accepit facultatem, eodem usque ad nitimum durat, donec emissa corporis claustro, ad suam sedem revolet. Thales Milesius: Velocissimum (inquit) omnium quæ sunt, est mens: nam tantæ celeritatis est, ut uno temporis puncto cœlum omne collustret, maria pervolet, terras & urbes peragret. Inter animum quoq; & mentem interest, quòd Mẽs sit cogitationis, consiliq; subtilitas quædam, certæ rationi consentanea. Ideo amentes & dementes dicuntur, qui nullo consilio utuntur. Animus verò est vitæ, & voluntatis fundamentum. Plaut. in Cistell. Exanimor, differor, distrahor, diripior, ita Nullam mentem animi habeo. Idem in Epid. Pavor territat mentem animi, neq; est ubi meas collocem spes. Ex quibus testimoniis clarissimè ostenditur, Mentem esse rem diversam ab Animo. Alioqui enim ineptè & à Ciceróne regnum animi mentis datum, & à Plauto animi mens dictum esset. Similiter etiam Terentius in Andria: Animum & Mentem res diversas facit. Mala (inquit) mens, malus animus. ¶ Accipitur quandoq; pro voluntate, sententia, sive (ut vulgus loquitur) intentione. Virgil. 1. Aeneid. in primis regina quietum Accepit in Teucros animum mentẽmq; benignam. Cic. 4 Tuscul. Quæst. Humanus autem animus, qui deceptus est ex mente divina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo (si hoc est fas dictu) comparari potest. Hic igitur si est excultus, & si ejus acies ita curata, ut nec necetur erroribus, sit perfecta mens: id est, absoluta ratio, quod est idẽ quod virtus. ¶ Ponitur quandoque Mens pro consilio. γνώμη. Virgil. 1. Aeneid. nostram hanc accipe mentem. ¶ Quandoq; pro animo. Cicero 1. de Orat. Ego autem defendebã hac eum mente fuisse, &c. ¶ Sanæ mentis esse dicuntur, qui sibi rectè prospiciũt, & bonam mentem habent. Cic. in Pisonem: Hic si mentis esset suę, nisi pœnas patriæ, &c. ¶ Deponere mentem mentumq; in gremiis mimarum, dixit Cicero in Antonium Philip. 3. ¶ Hujus composita sunt, Amens, Demens, Vehemens. ¶ Mente captus, pro amente accipitur. ἄφρων, παράφρων, quemadmodum Oculis captus, pro cæco. Festus: Mente captus dicitur, quum mens ex hominum potestate abiit.

Mẽnsio, onis, f.t. à supino Mentum: Quod à Meno verbo antiquo deducitur, teste Valla lib 3. [זכר zécher זכרון zikharón. Γνωρισμός. Gall. *Mention, memoire.* Ital. *Mentione, memoria.* Ger. Mẽldung/gedenckung. Hisp. *Mencion ò memoria.* Pol. *Zmiankа przypomnienie.* Vng. *Emlekezet.* Ang. *Mention.*] Mentionem facere alicujus, est commemorare, sermonem de eo habere. Terentius in Eunuch. Si quando illa mentionem Phædriæ faciat, &c. Cicer. ad Sulpitium lib. 13: Deinde credas mihi affirmanti velim, hominem esse neminem, qui unquam mentionem tui sine tua summa laude fecerit. ¶ Dicimus etiam Mentionem facere de aliquo, Mentionem habere alicujus, incidere in mentionem alicujus. Plin. lib. 2. cap. 2: In mentione terræ dicitur id est, dum terræ faciemus mentionem.

Mẽntĭor, iris, d. q. Contra id quod in mente est loquor, fingo, cõmiscor. f. מרה chirpósh חדז chazéh. Ψεύδομαι, ψεύδεσθαι. Gal. *Mentir, feindre.* Ital. *Mentire, dar bugie.* Ger. Lügen. Hisp. *Mentir.* Pol. *Kłamać fałsz.* Vng. *Hazudok.* Ang. *To lie, to faine, to inuent falsly thinges.*] Plaut. in Ampht. verbero, mentitis nunc: At jam faciam ut verum discas dicere. Terentius in Heaut. Non est mentiri meum. Id est, nõ consuevi mentiri. Qui enim mentitur, non ipse fallitur, sed alterum fallere conatur. Qui verò mendacium dicit, tum etiam fallitur, quum creditur se verum dicere. Hinc Nigidius apud Gellium: Vir bonus præstare debet, ne mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. ¶ Aliquando tamen Mentiri, est per imprudentiam falsum dicere, sicut & Mendacium dicere. Cicero lib. 4 Tusculan. Nunc ad philosophos veniam, qui negant amorem fluprum esse, atq; in eo litigant cum Epicuro non multum sapiente. ¶ Interdum est fingere, simulare, imitari, & velle videri id quod non est: ut quum quis dicit, Mentiri sexum, Mentiri colorem suum fuco. Martialis lib. 1: Mentiturq; virum prodigiosa Venus. Columella in præfatione libri 1: Attonitique mirãtur æstus effœminatorum, quòd à natura sexum viris denegarum muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos spectantium. Quintil. lib. 2. cap. 15: Et mangonum, qui colorem fuco, & verum robur inani fagina mentiuntur. Plin. lib. 37. cap. 8: Inficitur, candoremq; mentitur. ¶ Et dicimus Mentiri adversus aliquem, Mentiri in aliquem, Mentiri alicui, & Mentiri de aliquo: quorum passim exempla occurrunt. ¶ Hujus compositum est Ementior, quod est apertè, seu publicè ostendo quod non est, ψεύδομαι ἐμφανῶς.

Mẽnsa, æ, f.p. Ad quam accumbimus cibum sumpturi: dicta, (inquit Varro) quasi mesa: id est, media, quòd inter duos statueretur. [שלחן shulchãn. τράπεζα. Gall. *Table.* Ital. *Mensa, tauola.* Ger. Ein tisch. Bel. Een Tafel. Hisp. *Mesa en que comemos.* Pol. *Stoł.* Vng. *Asztal.* Ang. *A table.*] Virgil. 1. Aeneid. Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula. Duo autem fuerunt apud Romanos pretiosissima mensarum genera. Citrea, scilicet, & Acerna: de quibus apud Martialem li. 14. Epigrammata duo. Ovid. 12. Metam. Hunc pede convulso mensæ Pelæus acervus Stravit humi Pelates, dejecto in pectora mento Ad Vmbras. Cic. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Lutadio abstulisti. Horat. 1. Ser. Satyr. 3: modò sit mihi mensa tripes, & Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus, Quamvis crassa, queat, &c. ¶ Quandoq; ponitur pro prandio, vel cœna. Iuvenal. Satyr. 1: quum de tot præclaris orbibus, & tam, Antiquis una comedat patrimonia mẽsa. Vnde & Primæ, & Secundæ mensæ: id est, quæ in principio & in convivii fine fercula apponuntur. Vulgus *Introitum* & *Exitũ* mensæ appellat. Ovidius de Nuce: Poma cadunt mensis non interdicta secundis. Cicero ad Attic. lib. 14: Secundã mensam, dixit in numero singulari. Hæc (inquit) ad te scripsi, apposita secunda mensa. ¶ Accipitur etiam mensa pro abaco numulariorum, quemadmodum apud Græcos τράπεζα: unde & ipsi numularii à Cicerone Mensarii vocantur, quos Græci vocant τραπεζίτας. Cicero in Pison. Quid stipẽdium militibus per, pinnes annos à civitatibus mẽsis palam propositis, esse numeratum? ¶ Accipitur quãdoq; pro disco, sive quadra, qua utimur in mensa ad epulas in frustula conscindendas. Fieri solet frequentiùs ex ligno, aut stanno, olim etiam ex pane. Virgil. 7. Aeneid. Accitis coget dapibus consumere mensas. ¶ De mensa mittere: id est, de iis, quæ apposita erant mensæ. Cicer. ad Atticum, lib. 5: Discubuimus omnes præter illam: cui tamen Qu. de mensa misit, illa rejecit. ¶ Antiqui mensam vasorum quadratam habuerunt, vocaveruntq; Vinarium: de quo vide Varronem. ¶ Fuit & mensa vinaria rotunda, nomine Cylibantum, ἀπὸ τῆς κύλικος: sic enim Græci *calicem* vocant. Altera erat quadrata una columnella fulcita, Cartibulum vocabatur. Autor est idem Varro de ling. Lat. lib. 4. ¶ Mensa etiam dicitur ossis scapulæ pars lata.

Mẽnsŭla, æ, diminutivum, f.p. [τραπεζίον. Gall. *Petite table.* Ital. *Picciola tauola.* Ger. Ein tischlin. Hisp. *Pequeña mensa.* Pol. *Stolik.* Vng. *Asztalotska.* Ang. *A litle table.*] Plaut. in Mostel. Cedo aquam manibus, puer, appone hic mensulam.

Mensārĭus, rii, m.f. Qui & Argentarius à Latinis, à Græcis τραπεζίτης, & τραπεζοῦχος dicitur. [Gall. *Banquier, caissier, changeur.* Ital. *Cassiere, banchiere.* Ger. Ein wechsler. Hisp. *Banquero ò cambiador.* Pol. *Vekslarz pieniędzmi.* Vng. *Penz valto.* Ang. *An exchanger or banker.*] Livius libro 7. ab Vrbe: Solutionem æris alieni in publicam curam verterunt: quinque viris creatis, quos mensarios à dispensatione pecuniæ appellarunt. Cicero pro Flacc. Cum civitate mihi res est acerrima, & conficientissima literarum: in qua numus moveri nullus potest sine quinq; Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor mensariis qui apud illos à populo creantur.

Mẽnsŭārĭi, idem qui numularii, ut patet ex Caio l. 47. D. de pact. alios autem numularios ab argentariis fuisse paret ex l. 9. D. de edendo. Verum igitur Mensularii dicti sint à mensulis, quas in minore negotiatione quàm illi, qui argentarii dicebantur, exercebant, an interdum pro argentariis sumantur, & mensariis difficile dictu est.

Mensiõ,

Mensiō, onis, Vide METIOR.

Mensis, is, m. t. A' Metior deducitur, quasi numerus dierum mensus. [ירח *ierēhh seu hodesh, mēs.* Gall. *Mois.* Ital. *Mese.* Ger. Ein Monat. Bel. Een Maent. Hisp. *El mes.* Pol. *Miesiąc.* Vng. *Az hónap.* Ang. *A moneth.*] Cicero lib. 2. de Nat. deor. Qui quia mensa spatia conficiunt, Menses nominantur. Macrobius à Græco μήν: id est, à Luna trahit: nam Lunæ cutriculo mensis conficitur. Terentius in Adelph. Compressu gravida facta est, mensis hic decimus est. Horat. 2. Epist. 1: Qui vel mense brevi, vel toto est junior anno. Stat. 3. Syl. Rupe ipse labores Annus, & angusto bisseni limite mēnses. Virg. 3. Georg. Sepè diem, noctemq;, & totum ex ordine mensem Pascitur. Terent. Adelph. Hæc dum dubitas, menses abierunt decem. Virgil. 4. Aeglog. & incipient magni procedere menses. ¶ Menses in plurali, sunt mulierum menstrua. Plin. lib. 21. cap. 23: Ciet menses è vino pota. Idem lib. 21. cap. 21: Prodest & orthopnoicis & anhelationi, mulierumq; mensibus retardatis. ¶ Hinc Trimestris, τρίμηνος, trium mensium. Augustinus lib. 15. de Civitate: Arcades, quorum anni trimestres fuerunt. ¶ Bimestris duorum mensium.

Mēnstrŭus, a, um, Quod est unius mensis. [μηνιαῖος, ἐπιμήνιος. Gall. *D'vn mois, ce qui vient de mois en mois.* Ital. *Di vn mese.* Ger. Das eines Monats ist. Hisp. *Cosa que dura vn mes.* Pol. *Miesięczny.* Vng. *Egy holnapi.* Ang. *Of one moneth, or that cometh every moneth.*] Cic. 1. de Nat. deor. Hujus hanc lustrationem ejusdem incensa radiis mēstruo spatio luna complet. Vatro de Re rust. lib. 1. cap. 27: Et quando tempora duorum generum sunt, unū annale, quod Sol circuitu suo finit alterum menstruum, quod Luna circumiēs comprehendit, &c. Cic pro Rosc. Com. Quid est, quòd negligenter scribamus adversaria? quid est, quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? quia hæc sunt menstrua, illæ æternæ. ¶ Menstrua cibaria, apud Cic. 5. Verr. quæ sunt unius mensis. Sic Opus menstruum, Menstrua vita. ¶ Menstruum etiam ponitur aliquando pro alimento in singulos mēses legato: ut Annuum quod in singulos annos. Vlpian. in l. Qui ponis. ff. de cess. bon. Si quid misericordiæ causa fuerit relictum, putà menstruum, vel annuum alimentorum nomine.

Mēnstrŭa, orum, substātivum, pluralis numeri, n. s. Menses, mulierum profluvium est, & purgatio frigidi & indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit. [נדה *nidhāh* דוה *dewāh*, מי ארמלות, מי ימלות. Gall. *Le flux de sang qui vient és femmes tous les mois, leur male sepmaine.* Ital. *Flusso di sangue che patiscono le donne ogni mese.* Ger. Die viertägige krancheit der Weiber. Bel. Die Maenstonde. Hisp. *La purgacion de la muger.* Pol. *Niemoczsy fluksu cbotroba.* Vng. *Haus kerseg.* Ang. *A flixe of blood that a woman hath monthlie.*] Dicta sunt autem Mēstrua, quòd unoquoq; mense mulieribus, quæ ejus ætatis sunt, ut possint concipere, solēat accidere: unde etiam Menses appellamus. Menstruī vires describit Plinius lib. 7. cap. 13. his verbis: Sed nihil facilè reperitur mulierum profluvio magis mōstrificum: accescunt sup eryentu musta, sterilescunt tactæ fruges, morientur insita, exuruntur hortorum germina, & fructus arborum quibus insidēre, deciduus: speculorum fulgor ipso aspectu hebetatur, acies ferri præstringitur, eborisq; nitor: alvei apū emoriūtur: æs etiam atq; ferrum rubigo protinūs corripit, odorq; dirus æra. Et in rabiem aguntur gustato eo canes, atq; insanabili veneno morsus infigitur.

Mēnstrŭālis, le, om. t. Quod singulis mensibus fit. [μηνιαῖος. Gall. *D'vn mois, qui se fait par chacun mois.* Ital. *Cosa che si fa ogni mese.* Ger. Das alle Monat geschicht. Hisp. *Cosa que se haze cada mes.* Pol. *Miesięczni.* Vng. *Nemdem holnapi.* Ang. *That is done euerie moneth.*] Plaut. in Capt. Qui solebam mēstruales epulas antè adipiscier. ¶ Menstrualis mulier, quę menstrua patitur, quæ mulieribus singulis mensibus accidere solent. ἡ πὶ ἐμμήνοις ῥύσει. Plin. lib. 19. cap. 10. Omnia verò accessu mulieris menstrualis flavescūt. Idem lib. 7. cap. 15. Solum autem animal menstruale mulier est.

Mēnstrŭātus, a, um, quod menstrŭ patitur. Vnde dicimus menstruatam mulierem: τὴν ἐν ἀφέδρῳ οὖσαν, τὴν ἐκκαθαιρομένην καθ' ἡμέραν, τὴν πὶ ἐμμήνοις ῥύσεσιν.

Mensūrālis, a, um, μηνιαῖος, à mense: sicut diurnus à die. Cic. ad Heren. Pars quædam æternitatis, cùm alicujus annui, mensurni, diurni, nocturnive spacii certa significatione. Verùm ibi legimus nunc menstrui, non mensurni.

Mensūrā, Vide METIOR.

Mēntă, æ, f. p. μόλις, genitale membrum, cujus diminutivum est Mentula, à quo mentulatus, μολλόω: ut in Priap. Deus Priapo mentulatior non est. Dicitur & Membrum per excellentiam, quoniam ipsum generat. Vocat præterea Muto, Horatius lib. 1. Ser. Huic si mutonis verbis mala tanta videndi, Diceret hæc animus. Hinc mutoniatus, κοίλοπους, ut illud: Dormis cum pueris mutoniatis. Et apud veteres Matunus quoq; Tutunus dicitur Priapus, qui membris Deus, membrum quoq; significat. Lactant. lib. 1: Et Tutunus, in cujus sinu pudendo nubentes præsidēnt, ut illarum pudicitiam prior delibasse videatur. Appellatur & versa μόλις, ab inversa pellicula.

Mentāgrā, æ, f. p. Morbus dictus à mento, à quo incipit, & faciem quidem, collum, pectus, manus q; fœdo quodam fusure occupat. [λοιγὸς. Gall. *Male dartre.* Ital. *Infermità che vscendo di mento.* Ger. Ein böse raud, so an dem kynn anfahet vnd wet vnd stifft. Hisp. *La buba à empeçar de la barua.* Pol. *Garść z podbrodzia.* Vng. *Zepik.* Ang. *A tatter or ring worme.*] Vide Plin. lib. 26. cap. 1. & ea quæ annotavimus in dictione Lichēn.

Mente captus, Vide MENS.

Menthă, æ, f. p. [ἡδύοσμος. Gall. *Herbe appellee mente.* Ital. *Menta herba.* Ger. Mentz/ein kraut. Hisp. *La yerua buena.* Pol. *Mietka.* Vng. *Menthe.* Ang. *Mynte.*] Herba vulgò nota, etiam hodie apud nos nomen retinens: ita dicta à Græca dictione μίνθη. Sic enim olim hæc herba à Græcis vocabatur à nomine Minthes Cocyti filiæ, quam Proserpina cum Plutone deprehensam in hanc herbam cōmutavit: quæ postea commutatum nomine propter odoris suavitatem dicta est ἡδύοσμος. Plin. lib. 19. cap. 8. ¶ Menthæ nomen suavitas odoris (hoc enim significat Hedyosmos) apud Græcos mutavit: quum aliogui Mintha vocaretur: unde veteres nostri nomen declinarunt.

Mentāstrum, n. s. Sylvestre olus dictum, quòd menthæm imitatur, quasi sylvestris mentha. [ἡδύοσμος ἀγριόδης. Gall. *Le poulliot ou de la mente sauuage.* Ital. *Menta salvatica.* Ger. Mētzmaq. Hisp. *El mastranto.* Pol. *Kobila mietka.* Vng. *Vad menta.* Ang. *Wild minte.*] Plin. lib. 20. cap. 4. Dioscor. lib. 3. cap. 40.

Mentīgo, inis, penult. prod. f. t. Genus morbi, quod pecudes invadere solet. [λοιγὸς. Ger. Ein böse vmbfressende raud vmb das maul vnd löffzen der Lämmer vnd schaafen.] Colum. lib. 7. cap. 5. Est autem Mentigo, quam pastores *Ostiginem* vocant, menstrua lactentibus. Ea plerunque fit, si per imprudentiam pastus emissi agni, vel etiam hœdi, roscidas herbas depaverint, quod minimè committi oportet: sed quum id factum est, velut ignis facet, os, atq; labra fœdis ulceribus oblidet.

Mentŏr, ōris, Vide MENS.

Mēntum, ti, n. s. ab eminendo: à gula enim eminet. [שעם *saphām, sphamo.* Gall. *Le menton.* Ital. *Mento.* Ger. Das kyn. Bel. Dat ton. Hisp. *La barba de hombre ò muger.* Pol. *Podgarść, mina.* Vng. *Al.* Ang. *The chinne.*] Et quanvis Plin. lib. 11. cap. 37. dicat mentum nulli præter hominem esse: Plautus tamen in Monæch. porcis etiam menta tribuit: Glandonicam (inquit) fuisti, lardum, pernam. Isidem autem synciput, aut mentæ porcis. Item Virgilius 3. Georg. de bove: Et crurum tenus à mento palearia pendent. Cic. 1. Tusc. Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. Virg. 3. Georg. Nec mentum interbarbas, incanaq; menta Cinyphii tondent hirci, setasq; comantes. Vsum in castrorum & miseris velamina nautis.

Menus, lege MOENVS in Onom.

Mĕo, as, n. p. Vado, ultrò citroq; eo. [הלך *halāh, meheleh.* Gall. *Aller à trauers, passer.* Ital. *Andare.* Ger. Gehen. Bel. Gaen. Hisp. *Andar, ir.* Pol. *Ide, przechodzę.* Vng. *Megyek, közlekedek.* Ang. *To go or flowe.*] Plin. lib. 9. cap. 17. de accipensere: Vna omnium, squamis ad ortus versis, contra aquam nando meat. Idem lib. 6. cap. 14: Interruptis angusto transitu jugis, itur ut singula meent plaustra. Anima means in membra diversa. Lucan. lib. 5. Mobilitas meandi per magnum inane. Lucret. lib. 2. ¶ Est item Meare fluere, manare. [נזל *nazāl* הלך *neglhar.* Pol. *Płynąc.*] Vnde Meatus, quos Græci ῥεῖθρα vocant. Plin. lib. 20. cap. 22: Succus malvæ decoctæ, poros: hoc est, meatus suaves facit. ¶ Hujus composita sunt, Cōmeo, Immeo, Permeo, Remeo, & Transmeo: de quibus suis locis.

Mĕātŭs, m. q. Itio, incessus, cursus. [הלוכה הלך *halēch, halīchah, ὁ πορεία, ἡ πορεία ἡ βάσις.* Gall. *Cours, passage.* Ital. *Corso, passeggio.* Ger. Ein gang oder bewegung. Hisp. *Carrera, passeamiento.* Pol. *Bieg, przechod.* Vng. *Menes, hagyas.* Ang. *A going or flowing.*] Plin. lib. 10. cap. 58: Aves solæ (inquit) vario meatu ferantur & in terra, & in aere. Item lib. 2. cap. 8: Meatus syderum: hoc est, cursus, & motus astrorum.

Mĕābĭlis, & hoc bile, adjectivum, om. t. Quod meat. [δυνάμενος ῥεῖν. Gall. *Qui passe facilement & va par tout.* Ital. *Che passa facilmēte per tutto.* Ger. Gānig durchtringig. Hisp. *Cosa passadera por lugar.* Pol. *Przechodzący.* Vng. *Menő hagyású.* Ang. *That goeth easilie through all.*] Plin. lib. 2. cap. 3: Vitalem hunc & per cuncta rerum meabilem aërem: id est, qui facilè per omnia meat, & fluit.

Meŏn, μῶν Dioscoridi, Herba est folia habens anisi non dissimilia, quam Plin. lib. 20. cap. 23. Meu appellat.

Mĕphītis, hujus mephitis, penult. prod. f. t. Terræ putor, ex aquis maximè sulphurātis, atq; corruptis provenions. [ἀναθυμίασις λιμναία. Gall. *Vne puanteur de terre & eaux enfouyes.* Ital. *Puzza di terra solforata.* Ger. Ein stanck gestand so von ol Grimm oder geschwäfel wasser heraus dempfft. Hisp. *Hedor de la tierra, tierra y agua sulfre.* Pol. *Woń smierdząca, a siarkowata od ziemi.* Vn-

Βώρος, ὄρος para de hos pára. Ang. A stincke of the earth.] Est & in nemoribus gravior ex densitate sylvarum. Virgilius lib. 7: nemorum quę maxima sacro Fonte sonat, sęvamq; exhalat opaca mephitim. ¶ Alii Mephitim Deum esse volunt, Leucotheæ conexum: sicut est Veneri Adonis. Dianæ Virbius. ¶ Alii Ianonem intelligunt, quam aërem esse constat. Omnis autem putor, nonnisi ex corruptione aëris nascitur, sicut bonus odor de aëre incorrupto: ut sit Mephitis, dea odoris gravissimi: id est, graveolentiæ. Hæc Servius in locum Virgilii jam citatum.

Mĕphĭtĭcus, a, um. Apud Sidonium Apollinarem pro fœculento. μεφιτικός.

Mĕrăcŭs, a, um, penult. prod. Merus, solidus, purus, immixtus. [מבקי bakí בר bar. ἄκρατος. Gall. Pur. Ital. & Hisp. Puro. Ger. Lauter oder unvermengt. Pol. Przetrzęsiony, niezkalany. Vng. Tiszta, czyn. Ang. Pure, cleane, not mixed.] Plinius lib. 13. cap. 1: Meracis potionibus per vigiles dies ante Canis ortum, totidemq; postea suadet Hesiodus uti. Vnde vinum meracum dicitur, quod nihil habet aquæ admissum. Horat. 2. Epistol. 2: Expulit helleboro bilem, morbumq; meraco. Propertius: Ah pereat quicunque meracas reperit uvas, Corruptiq; bonas nectare primus aquas. Calepinus putavit hujus dictionis penultimam syllabam corripi, adducens hunc versiculum ex Lus. in Priapum: Constitui meracas, edidiciq; notas: Sed quoniam hic versiculus mendæ suspicione non caret, tanti apud nos esse nō debet, ut receptissimorum poetarum testimoniis, quæ jam adduximus debeat præferri.

Mĕrăcŭlus, diminutivum. ἀκρατάριος, ὠμὸς & ζωός. Plin. lib. 20. cap. 19: Opium ex vino meraculo, si protinus detur, scorpionum ictibus resistit.

Mĕrăcĭor, comparativum: & Meracissimus superlativum. Itaq; Meracius bibere dicuntur ii, qui minus aquæ vino miscent, ἀκρατέστερον, ἀκρατέτερον, ζωρότερον: sicut e contrario Dilutius, qui plus aquæ adhibent. Celsus præcipit hyeme meracius bibendum esse, æstate dilutius. Cic. 3. de Natur. deor. Vt si medicus sciat, eum ægrotū, cui jusserit vinum sumere, meracius sumpturum, statimq; peritutum, magna sit in culpa.

Mercālis. Mercator, Mercatura, Mercatio, Mercatus, participium, Mercatus, adjectivum, vide MERCOR.

Merces, cedis, f. t. A' merendo ęre, inquit Varro lib. 4. de lingua Lat. Prœmium, stipendium. [שכר sachár, μισθός. Gall. Loyer, salaire. Ital. Mercede, salario. Ger. Ein belohnung/Lidlohn. Bel. Loon. Hisp. Iornal de cada vn dia. Pol. Zapłata. Vng. Bér. Ang. Reward or hyre.] Iuven. Satyr. 7: Scire volunt omnes, mercedem solvere nemo. Cic. pro Sext. Rosc. Interim mihi videris Eruci una mercede duas res assequi velle: nos judicio perfundere: accusare autem eos ipsos, à quibus mercedem accepisti. ¶ Quandoq; ponitur pro reditu annuo, qui ex agris percipitur. Nam pensio est reditus qui percipitur ex locatione prædiorum urbanorum. Cicero 2. de Finib. Vides igitur si amicitiam sua charitate metiare, nihil esse præstantius: sin emolumento, summas familiaritates prædiorum pretiosorum mercede superari. ¶ Quandoq; pro pretio & damno. Cicero ad Lent. Tameo in molestia gaudeo te eam fidem cognoscere hominum, non ita magna mercede, quām ego maximo dolore cognorim.

Mercēdŭla, læ, diminutivum. [τὸ μισθάριον. Gall. Petit salaire. Ital. Picciolo salario. Ger. Ein tåglichen/ein kleine besoldung. Hisp. Iornal. Pol. Zapłatka. Vng. Bérecske. Ang. A litle reward.] Cic. 1. de Orat. Itaq; ut apud Græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbent in judiciis oratorib.

Mercēnārĭus, rii, m. s. Qui mercedis gratiam operam suam alicui præstat, operarius. [שכיר sachír. μισθωτός, μισθάριος, ὑπηρέτης. Gall. Mercenaire, qui fait quelque chose pour auoir salaire. Ital. Che lauora à salario. Ger. Ein tagtöhner. Bel. Een Huertinck/ Dachwercker. Hisp. El peon jornalero de vn dia. Pol. Nasemnik. Vng. Bérés. Ang. That is hired for a reward, a hireling.] Columel. Vng. Bérés. Ang. That is hired for a reward, a hireling.] Columel. Sive mediarum facultatum dominus ex mercenariis aliquem erga lantem jam quotidianum illud tributum, qui vectigalis efficeon possit, ignarum rei, cui præfuturus est, magistrum fieri jubet. Cicero 1. Offic. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur.

Mercēnārĭus, a, um. Qui mercede cōductus est, emptus, redemptus, venalis: [שכיר sachír. μισθωτός, μίσθιος, μισθοφορικός. Gal. Appartenant à loyer & salaire. Ital. Cosa pertenente à salario. Ger. Dinb tohn bestellet oder gedingt. Hisp. Cosa pertenesciente à jornal de cada vn dia. Pol. Naieti. Vng. Bérés. Ang. Hired for a reward.] ut, Mercenarii testes apud Cicer. in Epist. & Mercenarium Prętoris decretū, apud eundem in Verrem. Mercenarius, & Gratuitus sunt contraria. Cic. 1. de Leg. Quid liberalitas? gratuitáne est, an mercenaria? Si sine præmio, benigna est, & gratuita: sicum mercede, conducta.

Mercimonium. Vide MERX.

Mercŏr, aris, d. p. Emo, mihi comparo, pretio concilio. [מכר machár קנה kanáh. ἀγοράζω, ἀνοράζομαι, ἐμπορεύομαι. Gall. Marchander, achetter. Ital. Mercare. Ger. Werbē/ gewerbschafft oder tauffmannschaft treibenzitem, tauffen. Bel. Koopen. Hisp. Mercare ò comprar. Pol. Kupuie. Vng. Vasarlok vezök. Ang. To vse merchandise, to bie.] Terētius in Heaut. Inde adeo, quòd agrum in proximo hic mercatus ex. Cic. lib. 1. Offic. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant. Plaut. in Epid. Mercatus te hodie est de lenone Apœcides? Terent. in Eunuch. Quidam evnuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi. ¶ Mercari Græca fide, est ubi non verbis, neq; stipulationibus, sed præsenti pecunia res agitur. Ob levitatē enim Græcis nihil habebatur fidei, nisi præsentem pecuniam numerassent Plaut. in Asin. Cętera quæ volumus uti. Greça mercamur fide. ¶ Mercari præsenti pecunia. Idē in Capt. Quos tam grandi sum mercatus præsenti pecunia. ¶ Compolita sunt, Commercor. Plaut. in Capt. Pater ergo captivos cōmercatur alios. ¶ Præmercor, ante alios mercor, ut scilicet carùs vendam.

Mercātŭs, a, um, participium, actionis significationem habet. [ἀγορασθείς. Gall. Marchant, qui achette. Ital. Mercante. Ger. Getaufft. Hisp. Mercador ò comprador. Pol. Kup. item. kupiony. Vng. Vetel vasarlas. Ang. Vising or making merchandise, that bieth.] Terent. Agrum in proximo mercatus es: id est, emisti. ¶ Modò passivè. [מאכר maachár מקבה mikneh. ἐμπορεύσιμος. Gall. Acheté. Ital. Comperato. Ger Das getaufft ist. Hisp. Comprada.] Plin. lib. 37. cap. 2: H. S C L M. tullam unā non ante multos annos mercatam à matrefamiliās, nec divite.

Mercātŭs, us, m. q. Mercatura, mercatio. [מקבה mikneh. ἐμπόρευμα. Gall. Marchandise, achet. Ital. Mercato. Ger. Ein Kauffmanschaft oder tauffung. Hisp. El mercador, obra de mercar. Pol. Kupiectwo. Vng. Veues vasarlas interdum Vasar sokadalom. Ang. Merchandise, or bying.] Plaut. in Most. Aedes filius tuus emit. T E. ædes! T B. ædes. T E. Euge. Philolaches patrissat, & jam homo in mercatum avortitur. ¶ Aliquando etiam pro loco accipitur, ad quem mercatores emendi, vendendiq; gratia conveniunt, quem etiam appellant Emporium vel Forum. [ἐμπόριον. Gal. Marché. Ital. Mercato. Germ. Ein Marckt/ ein ort an welchem man Marckt oder Mäß hattet. Hisp. Mercado, lugar de mercar ò comprar. Pol. Rinek.] Liv. libro 1. ab Vrbe: Tullus ad Feroniæ fanum mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehensos querebatur. Cicero lib. 1. Offic. Quo cum tanquam ad mercatum bonarum artium, profectus sis, inanem redire turpissimum est. Terent. in Adelph. -emptæ mulieres Complures, & item hinc alia quæ porto in Cyprum. Nisi eò ad mercatum venio, damnum maximum est. Quem in locum Donatus annotavit, Mercatum aliquando accipi pro ipso tempore quo negotiatores ad emendum & vendendum conveniunt: hoc est, pro ipsis nundinis.

Mercātĭo, onis, verbale, f. t. Emptio. [מקבה mikváh ἐμπόρευσις. Gall. Achet, marchandise. Ital. Il mercare. Ger Kauffmanschaft oder tauff. Hisp. Obra de mercar. Pol. Kupienie. Vng. Veues vasarlas. Ang. Merchandise, bying.] Gell. lib. 3. cap. 3: Pecunia omni in mercationibus perdita.

Mercātŏr, oris, m. t. Qui in exportandis aut importandis mercibus operam suam collocat. [סחר sochér. πωλογηράτωρ, ἐμπορος. Gall. Marchant. Ital. Mercante. Ger Ein Kauffman/krämer. Bel. Een Koopman. Hisp. Mercader ò comprador. Pol. Kupiec.] Horat. 1. Epist. Impiger extremos curris mercator ad Indos. Cic. in Orat. Neq; me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitii, mercatoresq; superarunt. Iuven. Satyr. 14: -sacci mercator olentis. Horat. de Arte: Mercatórve vagus, cultorq; virentis agelli.

Mercātūra, æ, f. p. Negotiatio, seu actus mercandi. [סחר sáchar. ἐμπορία. Gall. Marchandise. Ital. Mercantia. Ger. Gewerbschafft/ Kauffmanschaft/ handtierung/ mit kauffen vnd verkauffen. Bel. Koopmanschap. Hisp. Marcaderia. Pol. Kupiectwo. Vng. Kalmarsag, kereskedes. Ang. The trade of merchantes in bying & selling, merchandise.] Cicer. lib. 1. Offic. Mercatura autem si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa undique apportans, multis sine vanitate impertiens, nō est admodum vituperanda. Dicimus autem, Facere mercaturam, pro exercere. Cicero 7. Verr. Alios qui à prædonibus erant capti, quum mercaturas facerent, &c. Idem de lege Agrar. Hanc verò emendi & vendendi quęstuosissimam, ac turpissimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate pop. Rom. semper putavi.

Mercālis, le, om. t. Vendibilis. [ὠνητός. Gall. Vendible. Ital. Vendibile mercantesse. Ger. Verkauffig oder feil. Hisp. Cosa que se puede vender. Pol. Przedatni. Vng. El adhato. Ang. Saleable.] Columella lib. 7. cap. 6: Ex his singula capita quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis reservantur, cætera mercabilibus traduntur: id est, vendibilibus. Quædam exemplaria hic legunt Mercantibus, non mercalibus. ¶ Hinc componitur Promercalis. de quo infrà.

Mercēdŭlă, Mercenarius. Vide MERCES.

Mĕrcurĭālis, Herba est insigniter alvum ciĕs. [λάξιον. Gall. *Herbe appellee mercuriale ou foirelle.* Ital. *Mercorella.* Ger. Bingelkraut / Bubwurtz oder Mercurius kraut. Hisp. *Mercuriales, ortiga muerta.* Pol. ɜɣɣɣ.] Hujus duo genera, masculus & fœmina. Plin. lib. 25. cap. 5: Linozostis, seu parthenion, Mercurii est inventum: ideo apud Græcos *Hermopeon* multi vocăt eam: apud nos omnes *Mercurialem.*

Mĕrdă, æ, f. p. Cibi excrementum. [מאה *tsáh* מאה *tsáah* משחות *aschpáh.* κόπρος, μίσος &c. Gall. *Merde, ordure.* Ital. *Merda.* Ger. Dreck. Hisp. *Escarcel, mierda.* Pol. *Gowno.* Vn. *Zargane.* An. *Dirtz, dung.*] Horatius libro 1. Serm. Mentior at liquid, merdis caput inquiner albis Corvorum atq; in me veniat mictum atque cacatum Iulius.

Merdo, as, ɜόζω, à quo permerdo, de quo suo loco, & cōspurco.

Mere, adverbium, Vide MERVS.

Mĕrendă, æ, f. p. Cibus, autore Nonio, qui datur post meridiē. [τὸ ἀπὸ μεσημβρίας, τὸ μετ' ἄριστον ζυγῶν. Gal. *Le recuner le gouster.* Ital. *Merenda.* Ger. Das abentessen oder abentbrot. Hisp. *La merienda del medio dia.* Pol. *Podwieczorek.* Vng. *Ozsonna.* Ang. *A boiser, a noone meale, meat after noone.*] Vnde & Merendo, as. Plaut. in Most. Videlis, ne fortè ad merendam quopiam divertetis, atque ibi melius quàm satis fuerit, biberis. Festus: Merendam antiqui dicebant, pro prandio, quòd scilicet medio die caperetur.

Mĕrendārĭus, [Vng. *Ozsinnar, vel valaki gondviselője alat vala.*] Aluminus. Seneca controvers. lib. 10. in 4. Bussus: Ostende nobis merendarios tuos. Labienus commodiùs: Ostende nobis alumnos tuos.

Mĕrĕo, es, & Mereor, eris, deponens, indifferenter efferūt præteritum merui, vel meritus sum: & propriè significat aliquid facio, quamobrem aut præmium accipere dignus sim, vel pœnam pati. [μισθὸν λαμβάνειν, ἄξιον εἶναι, δίκαιον εἶναι, ἀξιῶ εἶναι. Gall. *Meriter, deserver.* Ital. *Meritare.* Ger. Verdienen / beschulden. Hisp. *Merescer.* Pol. *Zasługować, wzrabiam.* Vng. *Meg erdemlem.* Ang. *To merite, to deserue.*] Et in hac significatione frequentius utimur verbo Mereor præterquam in præterito, quo indifferenter utimur. Et tàm in bonam partem accipitur, quàm in malam. Plaut. in Mostel. Quid merear, quamobrem mentiar? Quintil. lib. 4. cap. 1: Nām ut optabile est plus favoris mereri: sic proximum, odii minus. Cic. 1. de Natur. deor. Quid enim mereas, ut Epicureus esse desinas? Terent. in Andr. Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui. Plaut. in Trinummo: Non video meruisse laudem, culpa caruisse arbitror. ¶ Mereri de aliquo bene, malè, præclarè, εὖ ἐργάζεσθαι, illius contrariū κακῶς ποιεῖν, idem est quod conferre aliquid boni, vel mali in aliquem, & hoc ferè cum altero horum adverbiorum Bene, vel Malè: ut, Bene mereri de aliquo, εὖ ἐργάζεσθαι, est aliquid beneficii in aliquē conferre. Virgil. 4. Aeneid. Si bene quid de te merui. Malè mereri de aliquo, κακῶς ποιεῖν, idem est quod offendere. Plautus in Curcul. Heus tu mulier, malè mereri de immerente inscitia est. ¶ Interdum sine his adverbiis, Mereri de aliquo, quòd modò in bonam, modò in malam partem pro rerum ratione dicitur. Cicero 6. Verr. Talis ille vir fuit, ita de populo Romano meritus, ut non uni familiæ, sed universæ civitati commendatus esse debeat: hoc est, tam multa beneficia in populum Romanum contulit. ¶ Mereo etiam significat stipendia facio in militia, μισθοφορῶ: hoc est, stipendii gratia milito: & tunc donativum, aut ablativum requirit, vel absolutè ponitur. Lucan. li. 10: Aere merent parvo. Stat. lib. 4. Theb. - non hi tibi solùm Amphiaraē merent. Luc. lib. 6: Scæva viro nomen, castrorū in plebe merebat. Ovid. 3. Fastorum: - totidē Pilanus habebat Corpora, legitimo quique merebat equo. Dicimus etiam Merere pedibus. Livius 4. belli Punici: Vt ii omnes, quos Censores notassent, pedibus mererent. ¶ Aliquando etiā accusativo jungitur, ut apud Suetonium: Prima stipendia meruit. Et in hac significatione vix utimur verbo deponente Mereor. Non autem dicimus Mereri pedibus, vel Mereri stipendia: sed Merere pedibus, Merere equo, Merere stipendia. ¶ Hinc Emeriti milites dicuntur, qui militia perfuncti sunt, quique legitimum militiæ tempus expleverunt. Plinius libro 31: Novissimeque fessis, & jam emeritis inchoatæ. Nonnunquam etiam passivè sumitur, ut apud Quintilianum: Emeritis huic bello stipendiis. Et per translationem Emeriti boves dicuntur, quibus senio debilitatis vacatio ab opere datur. Emeriti verò senes, solent habere eos qui pro se laborent, qui dicuntur pro alio opus agere. ¶ Item Mereo simpliciter ponitur pro militare, & in militia esse. Cicero 7. Verr. Clamabat ille miser, se civem esse Romanū, municipem Cossanū, meruisse cum L. Pretio splendidissimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur. Livius libro 1. Dec. 3: Cum hac indole virtutum ac vitiorum triennio sub Asdrubale Imperatore meruit. ¶ Accipitur etiam Mereo, pro turpem quæstum facio, ἐργάζομαι, ἐπιτρέπω. Inde Meretrices dicuntur, quæ corpore quæstum faciunt: & Meritorii pueri, qui quæstus gratia prostituuntur: & Meritoria taberna, diversorium mercenarium, quò quæstus gratia hospites accipiuntur. ¶ Composita sunt, Commereor, Demereor, Emereor, Promereor: sive Commereo, Demereo, Emereo, Promereo: de quibus suis locis.

Mĕrĭtus, ta, tum, nomen ex participio, Debitus, conveniens, [ראוי *raúi.* ἀξιῶν. Gall. *Merité, deserue.* Ital. *Meritato, conueniente.* Ger. Billich / gebürlich. Item, verdienet / beschuldet. Bel. Worthy. Hisp. *Merescido, conueniente.* Pol. *Pomiarni, przystoyni, słuszny.* Vng. *Melto erdem Zerent vala.* Ang. *Deserued, due.*] Virgilius 1. Aeneid. - meritos aris imponet honores. Idem 3. Aeneid. Et pater Anchises passis de littore palmis Numina magna vocat, meritosq; indicit honores. Ovid. in Ibim: Huic igitur meritas grates, ubicunque licebit, Pro tam manifesto pectore semper agam. ¶ Meritus verò cùm est participium, significat eum qui aliquid meruit. Plinius lib. 7. cap. 30, de Cicerone: Primus in toga triumphum linguæq; lauream meruit. ¶ Passivè etiam interdum accipitur. Idem libro 7. capite 18: Quæ Cannis corona merita. Virgilius Aeneid. 8: - merita accendit Mezentius ira. Hujus contrarium est Immeritus, ἀνάξιος. Virgilius 3. Aeneid. Postquam res Asiæ, Priamiq; evertere gentem Immeritam visum superis. A' quibus Meritissimus, & Immeritissimus. Terent. in Phorm. Iamdudum te omnes nos accusat audio immeritò, & me omnium horum immeritissimum. ¶ Meritum meum est: hoc est, meritus sum. Terent. in Heaut. Hui, tam graves hos quæso? M. sic meritum est meum. Idem in Phorm. Factamque & dictam. P. benignè dicit. M. Pol meritum est tuum: id est, meritus es. ¶ Sic merito meo. Plaut. in Asin. - nemo enim me accusavit Merito meo. Hoc est, propter peccatum à me admissum. Ibidem: Decet verecundum esse adolescentem Argyrippe. A. R. ædepol pater, Merito tuo facere possum: Id est, meritus es tuis in me beneficiis, ut illud præstem. ¶ Pro merito: hoc est, ita ut meritus est quispiam. Terent. in Phorm. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.

Mĕrĭtissĭmŭs, superlat. [Vn. *Igēn erdömlöttebb.*] Plinius Epist. lib. 5. Postio: Quod mihi cognitū est non fama, qua alioquin optima & meritissima fruitur.

Mĕrĭtum, ti, n. s. Dicitur quum vel malè vel bene de aliquo meremur. Est enim vocabulum medium, quod tàm in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi potest. Quando in bonam partem accipitur, idem ferè est quod beneficium. [ζῶν. *Beneficium.* μισθὸς ἔργου, ἀξιότιμον. Gall. *Merite.* Ital. *Merito.* Ger. Ein verdienst oder gutthat / wolthat. Hisp. *Merescimiento.* Pol. *Zasługi, dobrodzieystwo.* Vng. *Ie, (anagy) gonoszsegel.* Ang. *Deserte, worthinesse.*] Plancus Ciceroni: Quid enim pro maximis tuis, atque immortalibus in me meritis, præstare amplius possim? Virgil. 9. Aeneid. - merita tanti non immemor unquam. Ovidius Epist. 12: Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas. Idem 8. Metamorph. Nil agis, ah frustra meritorum obstitit meorum! Quum in pejorem, idem quod peccatum, culpa, ἁμάρτημα. Ovid. Epist. 3: Leniter ex merito quicquid patiare ferendum est. Item Vatinius ad Ciceronem: Seis meam fortunam nescio quomodo facilè obtrectatores invenire, non meo mehercule merito. ¶ Dicitur etiam Meritum, pro mercede, ut annotavit Budæus ex illo Terentii in Phorm. Egone illam cā illo ut patiar nuptam unum diem! Nihil suave meritum est: id est, nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram.

Mĕrĭtissĭmum, substantivum: hoc est, maximum meritum. Plaut. in Asin. - jube advenire, quæso, Meritissimo ejus, quæ volet faciemus.

Mĕrĭtō, adverbium, Non injuria, dignè, justè. [δικαίως, ἀξίως. Gall. *A bon droit & à bonne cause, en l'ayant merité.* Ital. *Degnamente, meritamente.* Germ. Billigklich / auß verdienst. Bel. Met Reet. Hisp. *Dignamente, merescidamente.* Pol. *Słusznie, prawnie.* Vng. *Melta.* Ang. *With good cause, worthelie.*] Terent. in Adelph. Bene facis, meritò te amo. Cicero 5. Verr. Quanquam meritò fuit iratus Metello, tamen hæc quæ vera sunt, dicam. Superlativum habet Meritissimò: iridem adverbium, citra tamen comparativum. Cicero de Orat. lib. 1: Primùm Scævolæ te dedisti, quem omnes amare meritissimò pro ejus eximia suavitate debemus.

Mĕrĭto, as, act. p. Frequentativum à Mereo. [μισθοφορῶ. Gall. *Meriter, desservir, gaigner.* Ital. *Guadagnare.* Ger. Gewinnen. Hisp. *Ganar.* Pol. *Zasługuie, wzrawam.* Vng. *Erdömlöm, erdömlödzöm.* Ang. *To deserue.*] Plinius lib. 7. cap. 32: Quippe quum jam apud majores Roscius histrio H-S. quinquaginta annua meritasse prodatur.

Mĕrĭtōrĭus, a, um, Quod quæstus gratia locatur. [שכיר *sachir.* μισθ. &c. Gall. *Meritoire, mercenaire, de louage.* Ital. *Che si da per guadagno, che si da à nolo.* Germ. Das man vmb gelt oder gewins willen außlihet. Hisp. *Cosa alquilada por precio.* Pol. *Nayemny.* Vng. *Ne mis nyereségert masnak adatik, fizetesert adatot.* Ang. *That is set for gaine.*] Hinc equi meritorii, & Meritoriæ rhedæ. ζεύγη μισθωτικὰ. Meritoria vehicula. Tranq. in Calig. cap. 39: Quicquid instrumenti

mentū veteris aulæ erat, ab urbe repetit, comprehensis ad deportandum meritorii vehiculis. ¶ Meritorium quoque cœnaculum idem Tranquillus dixit: pro ablocatitio diversorio: ita de Vitellio scribens: Satis constat exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret. ¶ Pueri meritorii, dicuntur scorta masculà, quæ ad turpem quæstum prostituūtur: quemadmodum mulieres, quæ corpus suum virorum libidini prostituunt. Meretrices appellantur: utriq; à merendo dicti, quòd corpore suo mereant: hoc est, turpem quæstum faciant. Cic. in Anton. Ingenui pueri cum meritoriis, scorta cum matribus familiàs veniabantur. ¶ Meritoria sunt loca quæ mercede locantur, à merendo dicta. Vlp. l. 13. D. de usufruct. Quòd autem dicit meritoria non facturum, ita accipe quæ vulgò *Diversoria*, vel *Follonica* appellant. Hinc Taberna meritoria, diversorium atq; hospitium mercenarium, quò cuiq; introire licet danti mercedem. ¶ Ratio verò meritoria, quasi vilis & malè coempta. ¶ Aliquando Meritorium absolutè dicitur, pro taberna mercede conducta. Iuven. Satyr. 3: nam quæ meritoria somnum Admittunt.

Meretrix, cis, f.t. [זונה *Zonah. ἑταίρα, πόρνη.* Gall. *Paillarde, putain.* Ital. *Meretrice.* Germ. Ein Hur oder Dirn/ ein gemeine Mētz. Hisp. *Puta.* Pol. *Nierządnica, kurwa.* Vng. *Kurua.* Ang. *An harlot, or botte, a strompet.*] A' merendo: nam mercede videtur mereri, quæ copiam sui corporis facit. Hæc etiam Prostibula dicitur, sive è prostando, sive (ut alii putant) quòd pro stabulis: hoc est, ante diversoria soleat habitare. Vnde & Plautus in Cistel. Intro ad bonam meretricem: in via sola prostibula sanè est. Idem Truc. Meretricem ego itidem esse reor. Mare ut est, quod des devorat, nunquam abundat. Idem in Capt. Hic neque perjurus leno est, nec meretrix mala. Ovid. 1. Amo. Eleg. 15: Dum fallax servus, durus pater, improba lena Vivet, dum meretrix blanda, Menādrus erit. Horat. 1. Serm. Satyr. 4: à turpi meretricis amore Quum detercret.

Meretricula, diminutivum. [ἑταιρίδιον, πόρνη *Gerdèe.* Gall. *Petite putain, petite paillarde.* Ital. *Picciola meretrice.* Ger. Ein hürtin. Hisp. *Pequeña puta.* Pol. *Kurtuka.* Vng. *Kurvatska.* Ang. *A little hoore.*] Cic. 5. Verr. à meretricula commendari.

Meretricius, a, um. Quod est meretricis, quod pertinet ad meretricem: [ἑταιρικός. Gall. *De paillardes, appartenant à putains.* Ital. *Cosa da meretrice.* Ger. Hürisch. Hisp. *Cosa de puta.* Pol. *Kurwi.* Vng. *Kurvae, kurvahoz valo.* Ang. *Belonging to hoores.*] ut ars meretricia. Terent. in Heaut. Ignaram artis meretriciæ. Idem in Andr. Ac meretricios amores nuptiis glutinas? Idē in Eunuch. Quis homo pro mœcho unquam vidit in domo meretricia Deprehendi quenquam? ¶ Meretricia disciplina, Cic 5. Verr. Meretriciæ opes, Idem pro Cælio.

Meretricium, ci, n. s. [זנות *zenuth. ἑταιρεῖα.* Gall. *Paillardise & putrie.* Ital. *Arte meretricia.* Ger. Hurerey/ Hurerey. Hisp. *Arte de putear, puteria.* Pol. *Kurestwo.* Vng. *Kurvaság.* Ang. *Harlotrie.*] Tranquil. in Caligul. Additumq; ad caput legis, ut teneventar publico, & quæ meretricium, & quæ lenocinium fecissent.

Meretricè, adverb. In modum meretricis. [ἑταιρικῶς. Gall. *A la façon d'vne paillarde.* Ital. *A foggia di meretrice.* Ger. Auff hürische weis. Hisp. *En manera de vna puta.* Pol. *Kurestwkie.* Vng. *Kurvaul, kurva mod gyara.* Ang. *After the fashion of an hoore.*] Plautus in Milit. Quam dignè ornata incedit, haud meretricié.

Meretrico, atis, pen. prod. d. 7. Scortor, lupor. [זנה *Zanah. ἑταιρεῖν, πορνεύειν.* Gall. *Paillarder, putasser.* Ital. *Puttaneggiare.* Ger. Hurey treiben. Hisp. *Putanear.* Pol. *Curestwo patrzę.* Vng. *Kurvalkodom.* Ang. *To playe the hoore or harlot.*] Aulus Gellius: Thais meretricando magnam pecuniam demerebat. Columell. lib. 11. cap. 1: Quippe plurimum affert mali, si operario meretricandi potestas fiat.

Mergæ, arum, f. p. [τὰ ἀγκιστρόξυλα, τὰ πάνυ ἀγκιστρώδη ξύλα. Gall. *Vn rateau, fourche.* Ital. *Forcole forche.* Ger. Ein Korngabel oder schauffel. Hisp. *Las horcas para trastornar monejos.* Pol. *Widły.* Vng. *Villagiuka, meregly.* Ang. *A pothforke.*] Ferulæ sunt, autore Festo, quibus acervi frugum fiunt: dictæ à mergis volucribus. Vt enim illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores furcas in fruges mergunt, ut elevare possint manipulos. Plaut. in Pœn. Palas vendundas sibi mergas datas, Vt horrum fodiat, atq; ut frumentum metat. ¶ Alii mergas ferramenta esse existimant, quibus olim in frugibus demetendis utebantur. Nam in rariore segete ea metendi erat ratio, ut culmi medii falce inciderentur, spicæq; inter duo ferramenta distringerentur, quæ à Colum. Mergæ appellantur. Sic enim habet ille lib. 1. cap. 21: Sunt autem metendi genera complura: multi falcibus serriculatis, atq; iis vel rostratis, vel denticulatis medium culmen secant: multi mergis, alii pectinibus spicā ipsam legunt, idq; in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. Plin. lib. 18. cap. 30. Mergites appellat.

Mergē, itis, penult. corr. f.t. Manipulus spicarum: [עמיר *hamir. τὸ δέσμευμα, τὸ φακέλλιον.* Gall. *Vne poignee ou faullée d'espics de blé.* Ital. *Fascio di spiche.* Ger. Ein Korngarb. Hisp. *El manojo.* Pol. *Snop.* Vng. *Keue, buza marok.* Ang. *A knitsbel or bottel of eares of corne.*] à mergendo dictus, inquit Servius. Virgil. lib. 1. Georg. Aut fœtu pecorum, aut Cerealis mergite culmi, Proventuq; oneret sulcos. Mergites quoq; à veteribus dicebantur ferramenta quædam, quibus in rariore segete messores spicas solent distringere, quæ & Mergæ vocantur à Columella, ut suprà suo loco ostendimus. Plinius libro 18. capite 30: Stipulæ alibi mediæ falce præciduntur, atq; inter duos mergites spica distringitur.

Mergo, gis, si, sum, act. t. Immergo, submergo, aqua obruo. [השקיע *hischkidh. βύω.* Gall. *Plonger en l'eau, mettre tout dedans l'eau & l'en couurir.* Ital. *Attuffare, porre sotto aqua.* Ger. Eintunckē/ in das wasser stossen/ tauffen. Bel. Indunckē. Hisp. *Cabullir ſo el agua.* Pol. *Ponorzam.* Vng. *El meritem.* Ang. *To drowne or plunge in the water, to dip.*] Plinius lib. 9. cap. 38: Rursusq; mergitur lana carminata, donec omnem ebiberit saniem. Virg. Aeneid. 6: quis te, Palinure, deorū Eripuit nobis, medioq; sub æquore mersit? Manifestius etiam Plin. li. 9. cap. 44: Piscantium cymbas speculatur, occultusq; adnatans mergit. ¶ Per translationem autem Mergere dicimus pro obruere, involvere, seu implicare. Virgil. Aeneid. 6: Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacęnæ, His mersēre malis. ¶ Hujus composita sunt, Demergo, Emergo, Immergo, Submergo: quorum significata vide suis locis.

Mērso, sas, Sæpè mergo. [κολυμβᾶν, βαπτίζειν. Gall. *Plonger en l'eau souuent.* Ital. *Attuffare spesso.* Ger. Offt oder embsig eintunckē. Hisp. *Cabullir ſe el agua muchas vezes.* Pol. *Villanowie ponorzam.* Vng. *El meregelem.* Ang. *To plunge or dip often.*] Columell. lib. 7. cap. 4: Quarto die, si est vicinia maris, ad littus deducta mersatur ovis. Virgil. 1. Georg. Balantumq; gregem fluvio mersare salubri. Catullus: Fluctibus fortunę mersor.

Mērto, tas, Merso. Accius Deiphobo: Vel hic qui in ea parte effrænata impudentia præsentem præsens dictis mertare instituit. Hæc Nonius. Festus: Mertat. pro mersat antiqui dicebant. Fabius verò Quint. lib. 1. cap. 6: Et hæc ipsa (inquit) s, litera, ab his nominibus excluſa, in quibusdā ipsa alteri successit. Nam Mertare, atq; Pultare, dicebant. ¶ Item, Mertare Nonius accipit pro mœrentem facere, apud Accium in Myrmidonibus: Quod sicut decuit, ista res mecum, aut meus mertaret dolor, jamdia inflammari naves vidissent suas.

Mērgillus, li. Funiculus ille qui in lychno flammam nutrit, ellychnium. [פתיל *pathil. ἐμπύρευμα.* Gall. *La meche.* Ital. *Stoppino, lucignolo.* Ger. Ein dachte. Hisp. *La mecha del candil.* Pol. *Knot.* Vng. *Meti gyertya bel.* An. *The match of a candle.*]

Mergus, gēris, [ὑδρία. Pol. *Weborek.*] Genus vasis, quod nonnulli situlam appellātitata dictum, quòd puteo mergatur, dum eo aquam haurimus.

Mergus, gi, m. s. [νῆττα. Gal. *Vn oiſeau appellē plongeon.* Ital. *Smergo.* Ger. Ein teücher oder teuchent. Bel. Ein tuycker. Hisp. *Cuerua marina.* Pol. *Nurek.* Vng. *Buuar.* Ang. *A cormorant.*] Avis ita dicta, quòd se in aquam, captans cibum, assiduè immergat. Varro lib. 4. de ling. Lat. & Ovid. Metam. 11. de Aesaco Priami filio, ita scribente: Aequor amat, nomēq; manet, quia mergitur illi. Virgil. 5. Aeneid. -immotaq; attollitur unda Campus, & apricis ſtatio gratissima mergis. Ovid. 1. de Ponto, Eleg. 7: Nā priùs incipient turres vitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas, Quām malè se præstet veteri Græcimus amico. Hujus avis natura est, ut sępè mergens aurarum signa colligat, & prævidens tempestatem futuram, properè medio revolet ex æquore, & ad littorū tuta cum clamore cōtendat. ¶ Est & Mergus in vite, ut docet Col. lib. 4. cap. 15: Quum supra terram juxta suū adminiculū vitis curvatur, atq; ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantē palū. Pallad. Mergū dicimus, quoties velut arcus supra terram relinquitur, alia parte vitis in fossa. Et paulò pōst: Mergi verò post biennio rescindūtur, in ea parte quæ suprà est, & in loco justas vites relinquūt.

Mergina, μέργινα, A' Romanis vocatur herba illa quā Græci καὶ λεπὶς τραχεῖαν: hoc est, similacē asperā vocant. Vide Dioſc. lib. 4.

Meribibulus, Vide MERVS.

Meridiēs, ei, m. q. Medius dies, quasi medidies. [צהרים *tsaharaijm. μεσημβρία.* Gall. *Midi.* Ital. *Mezzo dio, mezzodi.* Ger. Der Mittag. Bel. Dar Middach. Hisp. *Medio dia.* Pol. *Południe.* Vng. *Dél.* Ang. *The midde day.*] Nam (ut inquit Varro) d, antiqui, nō r, hoc loco dicebant: sed suavioris pronūtiationis gratia mutatum est d, in r, quod & cōfirmat Cic. in Orat. ad Brutum, dicens: Ipsum meridiē, cur non medidiē? credo, quòd erat insuavius. Plaut. in Mostel. Heus jam appetit meridies. Id est, instat, appropinquat. Horat. 3. Carm. Ode 28: Inclinare meridiē sentis. Terent. in Adelph. præter hęc, Meridie ipso facià ut stipulā colligat. Semper aūt masculinum est: quia certū diei tempus significat. ¶ Annotandū & illud, Veteres meridiem pro media nocte

dia nocte dixisse: quomodo & æquidiale pro æquinoctio. Varro in Marcipore: Repentè noctis circiter meridiem cùm pictus aër fervidus lacte iguibus, Cœli Choreas astricas ostenderet. Nonius.

Mĕrĭdiānŭs, a, um. Quod ad meridiem spectat. [μεσημβρινός. Gall. *De midi.* Ital. *De mezzodì.* Ger. Mittägig. Hisp. *Cosa de medio dia.* Pol. *Południowy.* Vng. *Délis.* Ang. *Of the middle day.*] Sic Plin. lib. 2. cap. 19: Meridianum Solem dicit, & lib. 13. cap. 4: Orbem meridianum. ¶ Meridianò, pro meridie: id est, hora meridiana. Plin. lib. 2. cap. 26: Emicant & faces, nonnisi quum decidũt, visæ qualis Germanico Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridianò trãscurrit. ¶ Meridianus pro gladiatore. Suet. in Claud. cap. 34: Bestiariis, meridianisq; adeò delectabatur, ut etiã prima luce ad spectaculum descenderet: & meridie dimisso ad prandiũ populo præsideret: præterq; destinatos etiam levi, subitaq; de causa quosdam committeret. ¶ Inde fit compositum Pomeridianus, de quo infrà.

Mĕrĭdiānŭs, sive Meridianus circulus, μεσημβρινὸς κύκλος, Unus est ex sex majoribus sphæræ circulis, per polos mundi, & verticem nostrum ductus, qui unà nobiscum mutatur pro locorum & regionũ in quibus sumus ratione. Dictus meridianus, quòd Sole in nostro hemisphærio ad circulum hunc accedente, apud nos sit meridies: & rursus media nox, quum in inferiore hemisphærio Sol ad eundem pervenerit.

Mĕrĭdĭo, dias, & Meridior, diatis, d. p. significat Cibum meridianum capio. [μετ' ἄριστον κοιμῶμαι. Gall. *Merienner, reposer ou dormir à midi.* Ital. *Mangiare overo dormire dopo mezzo giorno.* Ger. Zu Mittag oder zu imbiß essen. Hisp. *Merendar ò comer o dormir à medio dia.* Pol. *Obiadować.* Vng. *Ebedlöm.* Ang. *To dyne.*] Plautus: Ieiunando, meridiando, comessando, pergræcando vitam ducere. ¶ Aliquando significat somnum meridianum capio, ἐσημβρινοῦμαι κοιμῶμαι. Cornel. Celsus lib. 1. cap. 2: Longis diebus meridiari potiùs ante cibum, utile est: sin minus, post eum: per hyemem totis noctibus cõquiescere. Sueton. in Nerone: Missos à Messalina uxore Claudii, qui eum meridiantem, quasi Britannici æmulum, strangularent.

Mĕrĭdiātĭo, ōnis. Quies meridiana. [μεσημβρινὴ κοίμησις. Gall. *Meriènne, le repos ou dormir sur le midi, ou sur le jour.* Ital. *Essa dormire à mezzo giorno.* Germ. Die Mittagsruhe/Mittagsschlaf. Hisp. *Aquella obra de dormir à medio dia.* Pol. *Przypoł udniowanie.* Vng. *Delelés delnyugvas.* Ang. *The rest of the middle day.*] Cicer. lib. 2. de Divin. Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus ãntea uti non consueveram.

Meris, *unde.* Herba est, quæ alio nomine Tripolium appellatur. De hac Dioscor. lib. 4.

Mĕrismŏs, μερισμός. A Græcis dicitur figura apud Rhetores, quam Latini Distributionem vocant: quum scilicet genus in species, aut totum in partes dissecamus, ordine discreto: quæ sententiarũ figura divisioni ac partitioni affinis est. Nam dispositio (quæ utrunq; complectitur) est, autore Fabio, utilis rerum ac partium in loco distributio. Huc etiam pertinet διάλυσις, id est, dissolutio, quum dispersa distributione dilabuntur: quali Cicero usus est in Epistola ad Lucceium secunda, Familiarium lib. 5: Transferam animum ad ea quibus secundæ res ornantur, adversæ adjuvantur.

Mĕrĭto, adverbium, Merito, meritas, Meritorius, Meritum. Meritus, Vide MEREO.

Mĕrŏbĭtŭs, a, um. Vide MERIBIBULUS.

Merocles, Lapillus potacei coloris, qui lacte fudat. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mĕrŏps, m. t. [Ger. Ein Seifschwalm/Imbißwolff oder Imbenfraß. Pol. *Żołna.* Vn. *Partifiske.* An. *A bird which eateth bees.*] Avis est, teste Aeliano, pietate in parentes volucribus cæteris præstans: nam ubi primùm per ætatem volare potest, parentes in altissimis specubus reconditos alit. Infesta in primis est alvearia, apesq; absumit: unde & Apiastra à quibusdam appellatur. Virg. 4. Georgic. Ablint & picti squalentia terga lacerti Pinguibus à tãbulis meropesq;, aliæq; volucres. Plin. lib. 10. cap. 33: Nec verò iis minor solertia, quæ cunabula in terra faciunt, corporis gravitate prohibitæ sublime petere. Merops vocatur, genitores suos rẽconditos pascens, pallido intùs colore pennarum, supernè cyaneo, prioni subrutilo. Nidificat in specu sex pedum defossa altitudine. ¶ Meropes præterea diversarum linguarum homines dicũtur à μερίζω, divido, & ὄψ, per o breve, quod vocem significat. ¶ Est etiam Merops Gigantis nomen, unius ex iis qui Iovem de cœlo detrahere conati sunt: à quo insula Cos Meropis appellata existimatur.

Merso. & Merto, Vide MERGO.

Mĕrŭla, æ. Avis sic dicta, quòd sola volet, & solitaria pascatur: quasi mera volans. [κόσσυφος. Gall. *Vn merle.* Ital. *Merla vecello.* Ger. Ein amsel. Hisp. *La mirla.* Pol. Kos. Vng. Rige. Ang. *An ousel, a bird called a blak mak.*] Hanc tamen etymologiam, ut superstitiosam, & plus justo curiosam, videt Fabius lib. 1. cap. 10, ita Varronem vellicans: Sed huic tanti fuit vertere, ut merula, quia sola volat, quasi mera volans nominaretur. De hujus avis natura Plin. li. 10. cap. 29: Merula ex nigra rufescit, ætate canit, hyeme balbutit, circa solstitium mutat. Rostrum quoq; in aniculis, in cibur trãsfiguratur dũtaxat manibus. Horat. 2. Serm. Sat. 8: Vidimus & merulas poni & sine clune palũbes. Idem de Arte: Intentus merulis aucepsq;. ¶ Est etiã piscis saxatilis, Plinio teste, lib. 32. cap. 11. [An. *A blakbird.*] ¶ Hoc nomine etiã dictus est fluvius, qui Albii Ingauni urbis latus alluit: alio nomine Centa dictus, qa centenis amnibus augetur.

Mĕrŭs, a, um. Solus, immixtus, unicus. [לבד *baddi.* μόνος. Gall. *Seul.* Ital. & Hisp. *Solo.* Ger. Allein/lauter/vermischet. Bel. Ongemengt. Pol. *Samiedem, szczery, szczególny.* Vng. *Tsinos, tzia.* Ang. *Onlie, alone, not mixed.*] Terent. in Phorm. Nihil habet, nisi spem, meram. Merum, inquit Festus, antiqui dicebant solum. Atque merum, *purum* appellamus. Hinc merum furtum, quod ab omni datione sejunctum est. merum officium Prætoris, quod à judicis officio secretum est: mera pœna, quæ à rei periculone sejuncta est: merum imperium, quod in rerum capitalium quæstionibus versatur, & à privatarum rerum jurisdictione purum est. Reliqua vide apud Hotomanũ. Cic. lib. 2. de Orat. Ecce tibi exortus est Isocrates, magister istorum omnium, cujus ego ludo, tanquã ex equo Trojano, meri principes μισογύναιοι exeunt. Idem 3. de Nat. deor. Vehementius eodem invectus es in meram Stoicorum rationem. Idem ad Atticum lib. 4: Venerat horis duabus antè Cherippus, mera nostra sustiarat. Idem: Quid est igitur quod laborem famicos habet, meras nugas, &c.

Mĕrum, substantivum, n. s. Vinum aqua non dilutum. [יין מזג *jain mezeg.* יין חי *jain chai.* οἶνος ἄκρατος. Gall. *Vin pur & sans eau, & sans autre mixtion.* Ital. *Vino puro.* Ger. Wein der lauter und allein ist/unvermischeter Wein. Hisp. *Vino puro y no mezclado.* Pol. *Wino nie mięszane.* Vng. *Szinbor.* Ang. *Wyne not alayed.*] Plin. lib. 23. cap. 1: Merum quidem remedio est contra cicutas, conandrum, aconita, viscum, meconium, argentum vivum. Ovid. 13. Metam.: odiumq; meri permansit in undis. Idem 9. Metamorph. Haud alio vultu, quam si convivа jaceres Inter plena mero: dimittus pocula fertis. Virgil. 3. Aeneid. Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit, implevitq; mero, divosq; vocavit Stans celsa in puppi.

Mĕrĭbĭbŭlus, li, m. s. Qui vinum sine aqua bibit. [ἀκρατοπότης. Gall. *Qui boit vin sans eau.* Ital. *Colui che bene il vino senza acqua.* Ger. Der nicht oder lauter Wein trinkt ohn Wasser. Hisp. *Bevedor de vino sin agua.* Pol. *Nie mięszaiący winno pijący.* Vng. *Tiszbor ivo.* Ang. *That drinketh wine with out water.*] August. Quum tem ti avidior esset, quadam die ab irata ancilla per convivium appellata est meribibula: quæ res tantum ei pudorem injecit, ut postmodum sobria prorsus fuerit. Et hoc quidem nomen diminutivum est. Sicut enim Bibulus diminutivũ videtur à Bibus, quo extra compositionem non utimur, ita Meribibula, vel Merobibula, à Merobiba: quo nomine licentiosa compositione usus est Plautus in Curc. Anus hic recubare solet, custos, janitrix: nomen est lenæ multibibæ, atq; merobibæ.

Merx, hujus mercis, f. t. Res quæ à mercatoribus venales importantur, aut exportantur. [מכר *micher.* ἐμπορία. Gall. *Marchandise, denrée.* Ital. *Merce.* Ger. Kauffmanschatz/Ware. Bel. Koopgoet. Hisp. *Mercaderia.* Pol. *Kupia.* Vng. *Aru.* Ang. *Merchandise, ware that is bought and sold.*] Cic. lib. 3. de Repub. Phœnices primi mercaturis, & mercibus suis, avaritiam & magnificentiam, & inexplebiles cupiditates omnium rerum exposuerunt in Græciam. ¶ Singularis hujus vocis numerus minus est usitatus. Legitur tamen apud Plin. lib. 12. cap. 25: Sarmenta quoq; in mercē sunt. Plaut. in Cistel. Mala merx hera hæc, & callida. Idem in Milit. Sicuti merci pretium stat pro virtute ut væneat: Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Idem Persa: Merx tua mala est. Quintil. lib. 1. cap. 12: Sordidæ mercis negotiator. Gestat mercem sine fuco, Horat. 1. Serm. Satyr. 2. Frequentiùs verò in plurali. Horat. in Arte: Vt præco ad merces turbã qui cogit emendas. Cic. 7. Verr. Mercibus ademptis in vincula conjectos esse mercatores. ¶ Esculentæ merces, apud Colum. lib. 12: hoc est, ea quæ hominum esui accommodata vendũtur. Fallaces & fucosæ merces, Cic. pro Rabir. Posth. Mutare merces, Ovid. 1. Trist. Eleg. 2.

Mercimōnium, n. s. ejusdẽ significationis: nomen quidẽ antiquum, sed quod tamen non reformidavit exactissimus verborum censor Laurentius Valla, qui eo statim in fronte versionis Latinæ Herodoti Græci historici usus est, & Plaut. in Curc. Sed quid agit meum mercimonium apud vos?

Mĕsa, æ. m. Teste Vitruvio, sunt partes mediæ ędium, quas idẽ Latinè Medianas appellari asserit. [Pol. *Sień.*]

Mĕsăræum, μεσαραῖον. Vide MESENTERIUM.

Metarchon, μεσάρχων. Dicitur corpus illud venosum, per quod hepar veluti per manum, chylum ex ventriculo attrahit. Alio nomine Mesenterium dicitur.

Mĕsĭdŭs,

Mĕsulli, μεσαυλοι, Aedium itinera dicãtur, quæ inter duas aulas sunt, duo atria, iunt interposita. A nõnullis etiam Andrones vocãtur, teste Cælio Rhodig. li. 27. cap. 2. [Pol. συμπλοκὴ.]

Mesentĕrium, μεσεντέριον, Crassa quædam & adiposa membrana est, ipsius & nervis, & venis, & glãdulis intexta, medium inter intestina situm obtinens: unde & nomen accepit. Hujus, veluti manus cujusdam, opera, jecur chylum à ventriculo attrahit, per eas venas, quas mesaraicas vocant. Alio nomine Mesaræum appellasut.

Mĕlŏchĕrĭs, pen. corr. [μελόχορδος. Pol. Κιθαρῳδικὸν ὄργανον.] Qui in medio turbæ stans, reliquis canendi, vel aliud agendi signum proponit. Sidonius: nullus ibi lyristes, Choraules melochorus, tympanistria, psaltria canit. Vide Cælium Rhod. libro 4. capite 14.

Mĕsŏcrānĭum, μεσοκρανιον, Vertex capitis, medium cranii locum obtinens.

Mĕlŏleucŏs, μελολευκος, Gemma, quam mediam linea alba distinguit: de qua Plin. li. 37. cap. 10. ¶ Est præterea hoc nomine herba quædam, habens candidã lineam per folium discurrentem. Plin. lib. 27. cap. 11: Leuce Mercuriali similis, nomẽ ex causa accepit, per medium folium candida linea transcurrente: quare Meloleucon quidam vocant. μέλι & λευκὸς nanq; medius est, & albus.

Mĕlŏmĕlas, μελομέλας, Gemma est nigrã habens venã, quemlibet colorem per medium secantem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mĕlŏn, μέλον σημαίνει, autore Festo, Persona Comica appellatur aut coqui, aut nautæ, aut ejus generis: dicta ab inventore ejus Melone Comœdo, ut Aristophanes ait grãmaticus. Rectius quidem videtur manare à fonte Græco: μέλος nanq; medium significat. Ponò coquorũ, nautarum, cerdonum, atque hujusmodi opificum personæ mediæ sunt: ut quæ neq; serviles videantur; quũ liberæ sint operæ, neq; omnino liberæ, quũ mercenariæ. Est enim merces, ut ait Cic. autoramentum servitutis. Proinde mediæ sunt & mistæ personæ, quæ jam ex utroq; genere dici possunt: ut παράσιτος & μαγειρικὸς, dicimus in Comœdiis. ¶ Fuit præterea Melon, μάντις, quidam Astrologus, qui Atheniensibus in expeditionem Siciliensem profecturis; quũ ipse quoq; ad id bellum delectus esset, imminentem toti exercitui cladem prospiciẽs, propriis ædibus ignem injecit, furoremq; tam scitè assimulavit, ut velut insanus, & bello parũ idoneus, domi fuerit relictus. Vide Plutarch. in Nicia, Alcibiade, & Pythone. Item apud Cæl. lib. 11. cap. 76.

Mĕlŏnautæ, m. p. qui medium inter nautas: id est, remiges locum obtinens, reliquis remigãdi signum præbet, eodem modo dictus, ut [μεσαγχὼν. Pol. Κοσμοποιὸς σύνθεσις. Vn. Kłxp ourdz. An. That hath midd roome or place amongest the mariners or rowers.] Ex Horomano. Visus est hoc vocabulo Vlpia. lib. 1. D. de naut. caup. stab. Sed de exercitore solummodo prætor sentit, nec enim debet, inquit, Pomponius per remigem aut mesonautam obligari, sed per se, vel per navis magistrum.

Mĕlŏnyctĭon, μεσονύκτιον, Media nox. Vide latius suprà in dictionibus AVRORA & DIES.

Mĕlŏsphærum, μελοσφαιρον, Indici nardi folium, ut magnitudine, ita & pretio, medium è triplici specie locum obtinens. Vide Plin. lib. 12. cap. 12.

Mespĭlus, li. pen. cor. f. f. [μεσπίλον. Gall. Meſſier, ou meſſiller ou meſſier. Ital. Neſpolo. Ger. Ein neſpelbaum. Bel. Eenen Miſpelboom. Hisp. Meſſero. Vng. Naſſolya fa. Ang. A medler tree.] Genus arboris, cujus fructus Mespilum. [μεσπίλιον. Gall. Meſle, meſſle, ou neſle. Ital. Neſpolo frutto. Ger. Ein meſpel. Hil. Meſſero fruta. Pol. Kaſſie. Vng. Naſſolya. Ang. A medler fruite.] dicitur. Palladius de inſitionibus: Mespilaq; exarmat pugnacibus horrida mẽbris. Hæc arbor foliis est prius rubris, quàm deciduis, radice quæ velli non potest, ignota Italiæ Catonis ævo.

Messo. Mellor, Mellorius. Vide METO.

Messis, hujus messis, f. t. Tempus metendi & ipsæ etiã segetes. [ϑέρος latine θερισμός, ἀμητός. Gall. La moiſſon, le temps de la moiſſon. Ital. Ricolta. Ger. Die Ernd. Bel. Dt oeghſt. Hisp. La meſſe, la miez ou la paue. Pol. Zniwo. Vng. Aratas. Ang. The harueſt.] Virgil. 3. Aeglog. Ante focum, si frigus erit: si messis, in umbra. Idẽ 1. Georg. Illius immensæ ruperunt horrea messes. Dicitur aũt messis propriè de his rebus quæ metuntur, quemadmodum Varro author est lib. 1. de Re rustica. Interim tamen sæpè etiã de vuarum, pomorum, & aliarum omnium rerum proventu dicitur. Ovid. 3. de Ponto: Triftia per vacuos horrẽt absynthia campos, Cõveniensq; suo messis amara loco est. ¶ Per translationẽ accipitur pro multitudine vel copia cujusvis rei. Plautus in Trinum. Neq; quicquam hic vile est, Nisi mores malitiosum licet jam messem metere maximam. ¶ Interdũ idem est quod Messio sive actus metendi, θερισμός. Cic. 1. de Orat. Tamen nemo tam sine oculis, tam sine mente vivit, ut quid sit seminis ac messis, quid arborum putatio, ac vitium, quo tempore anni, aut quomodo ea fiant, omnino nesciat.

Mĕt, Piam, & Te, syllabicæ sunt adjectiones, extra compositionem nihil significantes, in cõpositione autem aliquid addentes significationi dictionũ cum quibus cõponuntur: ut Egomet, Quispiam, Tute. Sed Met, jungitur casibus omnibus pronominis primæ personæ, tàm pluralis, quàm singularis numeri, absq; genitivo plurali: ut Egomet, memet, nosmet, & reliqua. Secũdæ verò personæ obliquis tãtùm casibus: ut Tuimet, tibimet. Nominativo nõ addũt, ne verbũ putetur Tumet à tumeo: sed Tute, Tutemet profertur. Adverbio Tanquã, conjunxit etiã Plaut. in Truc. Tanquãmet genii mei. Et quidẽ sic juncta discretionem significat: ut Ipsemet: id est, ipse per se, & non per alios. ¶ Pte, jungitur cũ ablativis horũ quinq; pronominum, Mea, Tua, Sua, Nostra, & Vestra: ut Meapte, Tuapte, Suapte, Nostrapte, Vestrapte. Vel cum eorũ masculis aut neutris: ut Meopte, Tuopte, &c. ¶ Te, similiter cũ pronomine secũdæ personæ idẽ efficit: ut Tete id fecisti: id est, tu ipse per te, & nõ per aliũ. Sed hoc soli nominativo jũgitur. Nã Tuite, aut Tibite nõ dicimus. In accusativo aliquãdo legimus Tete, sed tunc divisæ potiùs videtur dictiones, majoris affectus causa figuratè geminatę: quemadmodũ etiã aliquãdo legimus Me me. ¶ Ce, verò jungitur obliquis horũ pronominũ, Hic, Ille, Ille, in s literã desinentibus: ut Hujusce, Hisce, Hosce, Hasce, Istiusce, & Illiusce: unde fiunt cõposita Hujuscemodi, Istiuscemodi, & Illiuscemodi. Interdũ etiã invenitur junctũ cum casibus horũ pronominum desinentibus in c literã: ut Hicce, hæcce, hocce: pro quibus tamen frequẽtiùs utimur, Hiccine, hæccine, hoccine. Virg. Hocce erat alma parẽs, quòd me per tela per hostes Eripis? Terent. Hoccine est credibile aut memorabile factum? ¶ Hicce, seu hiccine, ὅτοσί. Sicce, sive ficcine, ὅτοσί. Hæccine, hæcine, illiccine, ἐκεινοσί. Istiece, illancecine. Terent. Illancecine mulierem dixit, pro illamne.

Metă, æ, f. p. Congeries, seu strues in acutũ tendens, seu turbo inversus: ita dicta quòd esset posita in dimẽso spatio: vel quia eam metiantur quadrigæ circumcurrentes. [מכוה maiſchãb ϑρόνος ſeph. κῶνος. Gall. Vn but ou borne, ou autre choſe large par bas & montant en pointe. Ital. Meta. Ger. Ein jedes ding ſo dannen breit iſt vnd oben auffgeſpitzet iſt wie ein kegel. Hisp. El termino. Pol. Kru, meta. Vng. Hatar kẽgy. Ang. Any thing broade beneath and sharp above, a butte.] Moris enim erat septies metã lustrare. Propert. lib. 2. Eleg. Aut prius infecto deposcit præmia cursu, Septima quàm metã triverat antè rota. Quum enim jam carceribus emissæ ad metã venissent quadrigæ, erat opus ut circum ipsam flecterentur. Virg. 5. Aen. Hic virdẽ Aeneas frõdenti ex ilice metã Constituit signũ nautis. Hinc etiã agrorũ termini, quòd pyramidali figura fieri soleant, Metæ vocantur. ¶ Eadẽ etiam ratione Metæ fœni vocantur, quæ ita congestæ sunt, ut inferiori parte latiores, supernè in angustũ desinant conum. Col. lib. 19 cap. 2: Certè quicquid ad eum modũ, quo debet, siccatum erit, in metas construi cõveniet, easq; ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enim cõmodissimè fœnũ defenditur à pluviis. ¶ Per translationem verò, quoniã meta collocati consuevit in fine circi, vel alterius spatii, in quo quadrigæ certabant, factũ est, ut Meta accipiatur pro quocunq; termino ac fine, τέρμων, τέρμα. Virg. lib. 1. Aeneid. His ego nec metas rerũ, nec tempora pono. Ovid. ad Liviam: Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam, Omnia sub leges mors vocat atra suas. ¶ Hinc pervenisse ad metam dicuntur, qui iter aut aliud opus perfecerint. ¶ Meta lactis, dicitur caseus, qui factus est ad formam metæ. τυρὸς κωνοειδὴς. Mart. Fertile cerris ennea cum suis mella, Metamq; lactis Sassinate de syiva. ¶ Meta item significat inferiorem partem molæ sub qua cardines: id est, superior pars vertitur, quemadmodum autor est Paulus in l. 18. D. de instruct. & instrum. leg.

Mĕtŭlă, læ, diminut. legitur apud Plin. Iun. in epistolis.

Mĕtăbăsis, f. t. μετάβασις, Latinè Transitio: figura qua monemus quid dictum sit, & proponimus quod superest, ut Cicero pro Dejotaro: Habetis crimina insidiarum: nihil enim dixit amplius. & paulò pòst sequitur: Reliqua pars accusationis duplex fuit. Hujus figuræ Fabius (quã esse ait, quũ sensus nõ mutatur, sed forma loquendi) longè diversum exemplum adducit, lib. 9. cap. 3. ex Virg. Aeneid. lib. 1: Fas omne abrumpit. Polydorum obtruncat, & auro. Vi potitur. quid nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames!

Mĕtăbŏlē, μεταβολὴ, quam quidam Trajectionem interpretãtur: Figura est quę fit contrariis ita transpositis, ut à priore posterius oppositum proficiscatur: ut apud Terentiũ in Andria: Quoniam id fieri quod vis non potest, id velis quod possit.

Mĕtălēpsis, f. t. μετάληψις, Figura est, quæ fit quũ aliqua dictio aliud à propria sua significatione, ex iis quę antecessit, significat: ut apud Virg. 1. Aeglog. Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas. Post aliquot (inquit) aristas: hoc est, post aliquot æstates, vel post aliquot annos. Nã ex aristis æstates: ex æstatib. annos intelligimus. Idẽ 1. Aen. Spelũcis abdidit atris, Vbi ex atris, tenebrosę: ex tenebrosis profundę intelliguntur. Latinè Transsumptionem vocare possumus. Deducitur enim

τὸ εἰς ἕτερα μεταβαίνειν, quod inter cætera significat transsumere.

Mĕtallum, li, n. s. [μέταλλον. Gall. *Metail.* Ital. *Metallo.* Ger. Ein Metall/ein jedes Erꝛ so man auß dem Erdtrich grabt/ auß Gotts Verhengnuß. Hisp. *Metal.* Pol. *Kruszecz wszelaky.* Vng. *Banyaszma.* Ang. *Metall.*] Dicitur quævis materia dura, è terræ visceribus effodi solita: ut aurum, argentum, cuprum, stannum, plumbum, & similia. Dictum putatur à verbo Græco μεταλλάω, vel μεταλλεύω, hoc est, à fodiendo, vel perscrutando. Alii dictum putant παρὰ τὸ μετὰ τὴν κτῆσιν λογίζεσθαι, eò quòd vix illa metalli vena invcatur, quin alterius metalli vena in propinquo postea inveniatur. Plin. lib. 33. cap. 6. Id quoq; in sterili solo, atq; etiam in montibus, & ubicunq; una inventa vena est, non procul inveniuntur alia. Hoc quidem & in omni ferè materia unde Metalla Græci videntur dixisse. Virg. 2. Georg. Hæc eadem argenti rivos, æriq; metalla Ostendit venis, atq; auro plurima fluxit. Ovid. 4. Fast. Omnia purgat edax ignis, vitiumq; metalli Ex eo quit. Hor. 1. Epist. 10. Sic qui pauperiē veritus, potiore metallo Libertate caret. ¶ Metallum miniarium, Fodina ex qua effoditur minium, μεταλλεῖον, sicut Argentarium, ex quo Argentum, & Plumbarium, ex quo plumbum effoditur. Plin. lib. 33. cap. 7: Celeberrimum ex Sisaponensi regione in Bæticæ miniario metallo, vectigalibus populi Romani nullius rei diligentiore custodia.

Mĕtallārius, sive Metallĭci, m. s. [μεταλλεύς. Gall. *Tireurs de metaux.* Ital. *Cauatori de metalli.* Ger. Ertzgraber/ die zu einer straff in das Bergwerck verdampt sind. Hisp. *Canadores y sacadores de metal.* Pol. *Gornicy.* Vng. *Banyaz.* Ang. *Diggers of metall out of the earth.*] Qui in metallis versantur, & præcipuè qui ad effodienda metalla damnati sunt: unde quibus apud Iurisconsul. ff. de Pœnis, & C. de metall.

Mĕtallĭcus, a, um, adjectivum. Quod ad metallum pertinet. [μεταλλικός. Gall. *De metail.* Ital. *De metallo.* Ger. Des ertzes. Hisp. *Cosa de metal.* Pol. *Kruszcowy.* Vng. *Banyaz mahoz valo.* Ang. *Belonging to metal.*] Plin. lib. 27. cap. 4: Fuêre qui traderent, in Iudæa super Hierosolymam ejus naturam metallicam. ¶ Metallicum atramentum, Corpus est metallicum, quo mulomedici excrescentem in jumentorum ulceribus carnem consumunt μεταλλικὸν. Vide supra in dictione MELANTERIA.

Mĕtallĭcus, subitant. m. s. Metallarius, qui metallis effodiendis & purgandis operam dat. [μεταλλικός. Gal. *Tireur de metail.* Ital. *Cauatore de metalli.* Ger. Ein Ertzknapp/ Bergknapp. Hisp. *El que anda à buscar mineros, sacador de metal.* Pol. *Gornik.* Vng. *Banyaz.* An. *A purger of metall or slag ore.*] Plin. lib. 34. cap. 16: Lavant eas arenas metallici, & quod subsidit coquunt in fornacibus.

Mĕtallĭfer, m. f. Metallū gignens, [ὁ ἢ τὸ μεταλλοφόρος, ον. Gall. *Qui porte metail, ou il y a mines de metail.* Ital. *Che produce metalla.* Ger. Das Ertz oder Metall tregt. Hisp. *Cosa che trae ò cria metal.* Pol. *Kruszcu rodzący.* Vng. *Banyaz ota termõ.* An. *That bringeth metall.*] Stat. sylvarū li. 4: Ao ne metallifera repetit jam mœnia Lunæ?

Mĕtămorphosis, μεταμόρφωσις, pen. prod. Trāsfiguratio, seu trāsformatio. Latinè dicitur à verbo Græco μεταμορφόω, quod significat transformo. Hoc nomine Ovid. & Apuleius libros Transformationum inscripserunt.

Mĕtăphŏra, æ, pen. corr. μεταφορά, Translatio à Cicerone dicitur, ἀπὸ τοῦ ὀνόματος, quum nomen aut verbum ex proprio loco in eum trāsfertur in quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est us, Classiq; immittit habenas, Virg. Aeneid. 6.

Mĕtaphrĕnum, μεταφρένον, Pars illa corporis, quæ præcordiis a tergo est objectanta dicta quòd μετὰ τὰ φρένας: hoc est, post præcordia sita sit.

Metaphysica, orum, Supernaturalia dicuntur, cùm tamen verè ex physicis operis, quod conscripsit Aristot. titulo μετὰ τὰ φυσικὰ scribatur. ¶ Hanc prisci omnes Theologiam, alii primam Philosophiam dixêre. Eam multi diversis voluminibus complexi sunt, ut Aristot. in lib. qui *Metaphysicorum* vulgò inscribitur, ac discipulus ejus Theophrastus in libello ea de re. ¶ Plato in Parmenide ac Timæi priore parte, atq; epinomide, locisque aliis Trismegistus in Pimandro, & Asclepio, longeq; post hos Plotinus, ac Dionysius Areopagita, qui tametsi Christianus, Platonicus omninò esse videtur. Item Psellus in libello de dæmonibus. Iamblichus, Proclus, atq; è Latinis M. Cic. in lib. de nat. Deorū, & Divinatione. Horum omnium optimi in hac arena sunt, adeoq; inprimis legendi Platonici.

Mĕtăplasmus, μετασχηματισμός, Dici potest transformatio. Est autem, teste Donato translatio recti, solitiq; sermonis in alteram speciē, metri vel ornatus, vel necessitatis gratia, ut Agreste, in ablativo, pro Agresti. Fit autē à verbo μετασχηματίζω, quod est transformo.

Mĕtăthĕsis, pen. corr. μετάθεσις, Latinè transpositio, quū una littera necessitatis causa, ex uno dictionis loco in alium transponitur, ut Tymbre pro Tymber. Virgil. 10. Aen. At tibi Tymbre caput Evandrius abstulit ensis.

Mĕtātŏr, & Mĕtātio, Vide in verbo METO.

Mĕtaxārii, Negotiatores dicuntur, qui serici mercaturā exercent. Nam μίτυξα Græcis sericum est. Vtitur hac voce Iustinianus, C. de pignoribus. l. fi. eamq; interpretatur Alciatus in l. Balluca. C. de metal.

Mĕtempsychōsis, pen. prod. μετεμψύχωσις, Latinè reddi potest Animę tranſmigratio: hoc est, transitus animarum ex uno corpore in aliud. Putabat enim Pythagoras nihil interesse inter animā hominis, quā rationalem animā vocamus, & brutorum animantium: sed mortuo homine ejus animā trāsmigrare in corpora brutorū. Vnde Ovidius Pythagoreorū dogma lib. 15. Meram. explicans, ait: Morte carent animæ, semperq; priore relicta Sede, novis domibus vivunt, habitantq; recepta: Ex hoc Pythagoræ dogmate inducta est ab esu animalium abstinentia, ne fortè (ut festiviter ait Tertullianus) bubulam quis de aliquo proavo suo opsonaret. Hieron. Probabo nō Empedocles & Pythagoræ vos dogma sectari, qui propter μετεμψύχωσιν id est, transformationem, omne quod movetur, & vivit, edendum non putant.

Mĕtĕōrā, pen. prod. μετέωρα, à Græcis dicuntur, Mista imperfecta, quòd in sublimi: hoc est, in aëre generētur eujusmodi sunt pluviæ, nives, grandines, faces ignitæ: de quibus tractat Aristoteles tribus primis libris meteorologicorū: quarto qualitates persequitur. Vox Philosophis usitata planè à monumentis scriptorum veterum abest.

Mĕtĕōroscŏpus, pen. cor. μετεωροσκόπος, Qui sublimia respicit. ¶ Accipitur pro stolido, rebusq; gerendis inutili. Græca vox.

Mĕthŏdus, f. f. μέθοδος, pen. corr. ex μετὰ & ὁδὸς abjecto ς compositur. Methodū appellat Quint. lib. 1. Institut. quā Cicero viam, artem, & rationem vocat: & alibi breve dicendi cōpendium vertit, quasi brevem viā, qua quàm celerrimè ad primū propositum nobis in discendo finem perveniamus.

Mĕthŏdĭci, m. s. μεθοδικοί, A methodo dicti sunt, qui rationem artis, & discendi compendia sequuntur. ¶ Et Amethodi, ἀμέθοδοι: hoc est, à via, & ratione docendi, discendiq; abhorrentes, quasiq; avii. Hæc ex Budæi annotat. in Pandectas.

Meticulosus, Vide METVO.

Mĕtĭor, ris, mensus, d. p. Mensuro, dimetior, judico, æstimo. [מדד middâdh, מדה mmadh, מדד mmodh. Gall. *Mesurer.* Ital. *Misurare.* Ger. Messen/ oder ausmässen. Bel. *Meten.* Hisp. *Medir.* Pol. *Mierzyć, mierzym.* Vng. *Mérök.* Ang. *To measure.*] Cicer. 1. de Nat. deor. Sed sunt quædā ab infinito tempore æternitas, quā nulla temporū circūscriptio metiebatur. Idem 1. Offic. Etiā si dimensa se stellas aut metiri Mundi magnitudinem posse arbitrarentur. Idem de Amic. Iam virtutem ex cōsuetudine vitæ, sermonisq; vulgi interpretemur: nec metiamur eam, ut quidā indocti, verborū magnificentia. Idem in Cat. Neq; enim ipsorū conviviorū delectationem corpora voluptatibus magis, quàm cœtus amicorū & sermonibus metiebar. ¶ Aliquādo ponitur pro ēdire, & abire. Virg. magnū qui piscibus æquor, Et justo bijugū curſu metitur equorū. Cōposita ejus sunt, Permetior: hoc est, ad finem usq; metior, vel peragro. Virg. 1. Aeneid. Nos numidum infrēi per mensi classibus æquor: id est, erecti, ut inquit Servius. ¶ Remetior, Rursus metior, πάλιν μετρῶ. Idem li. 2. Aeneid. Arma, deosq; parant comites, pelagoq; remenso Improvisi aderunt. ¶ Metiri stipendium. Curt. lib. 3: Ex pecunia deinde Babyloniæ Macedonibus equitibus sexcenti denarii tributi, peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedestris stipendium mensium est.

Mensŏres, à Metior. m. r. Appellantur agrorum finitores. [מדד middâdh מדה mmadh. Gal. *Arpenteurs, mesureurs.* Ital. *Misuratori.* Ger. Außmässer/ veldmässer. Hisp. *Medidores.* Pol. *Rządowie.* Vng. *Mérök, határ tzjárók.* Ang. *Measurers.*] Colum. lib. 6 cap. 1: Ego eò agricolæ, sed messoris officiū esse dicebam. ¶ Mensores præterea sunt (inquit Vegetius lib. 2. cap. 7.) qui in castris ad pedalem dimetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, vel hospitia in civitatibus præstant. Hoc in loco Pedalem dimensio pedibus facta. Hi etiam Metatores (autore Budæo) dicuntur.

Mensūra, æ, f. à verbo metior, Mensura, dimēsio. [מדה middâh מדה mmadh, מדד mmodh. Gall. *Mesure, mesurage.* Ital. *Misura, misuratura.* Ger. Ein mässung. Hisp. *Obra de medir, medimiento.* Pol. *Rozmiar.* Vng. *Mérö.* Ang. *A measuring.*] Cic. in Orat. Aures ad animos aurium nuntius naturalem quandam in se continent vocum omnium mensionem.

Mensūra, æ, f. p. Instrumentū quo mensuræ unde & nomen habet: aut quo rei alicujus qualitatem deprehendimus. [מדה middâh מדה mmadh, מדד mmodh. Gall. *Mesure.* Ital. *Misura.* Ger. Ein mas oder mäß. Bel. *Een mate.* Hisp. *Medida.* Pol. *Miara.* Vng. *Mérek.* Ang. *A measure.*] Plin. lib. 7. cap. 56: Mensuram & pondera Phidon Argivus, aut Palamedes (ut maluit Gellius) invenit. ¶ Transfertur etiam ad alia. Idem lib. 2. cap. 1: Quasi verò mensuram ullius rei possit agere, qui sui nescit. Plin. Iun. in Epist. Ex illo enim mensuram benefici ut prorsus intelligo. **Mensura corporum humanorum apud Solin. cap. 5.**

Mēnsŭ. f.

Mensurâ sic definitur, & exponitur ab iis, qui de limitibus scripserunt, quorũ hæc sunt verba: Mensura est, quicquid ponderis, capacitate, longitudine, altitudine, latitudine, animoq; finitur. Majores itaq; orbẽ in partes, partes in provincias, provincias in regiones, regiones in loca, loca in territoria, territoria in agros, agros in centurias, centurias in jugerâ, jugera in climata: deinde climata in actus, pertícas, passus, gradus, cubitos, pedes, palmos, uncias, & digitos divisêrunt: tãta enim fuit eorum solertia. Digitus est pars minima agrestiũ mensurarũ: inde uncia habet digitos tres: palmus autem quatuor digitos habet: pes XVI. passus ped. V. pertica passus duos: id est, pedes X. Pertica autem à portando dicta, quasi portica: omnes autem præcedentes mensuræ in corpore sunt, ut palmus, pes, passus, & reliquæ: sola pertica portatur: est enim X. pedum, ad instar calami in Ezechiele templum mensurantis. Actus minimus est latitudine pedum quatuor, longitudine CXI, clímata quoq; undiq; versus pedes habent LX, ita:

Actus quadratus undiq; finitur pedibus CXX. ita:

Hunt Bætici *arapennem* dicunt, ab arando scilicet. Actus duplicatus jugerum facit: ab eo quòd est junctum, jugerum nomẽ accepit: jugerum autem constat longitudine pedum ducentorum XL. latitudine CXX. ita:



Quũ provinciæ Bæticæ rustici *agnam* vocant: porcã idẽ Bætici XXX. pedum latitudine, & LXXX. lõgitudine definiunt ita:



Mōlīmĕn, inis, penult. prod. n t. Nisus & conatus, quo aliquid molimur, & conamur. [עלילה *halilāh.* πεφρασμένον, κεχειρευμένον. Gal. *Effort.* Ital. *Sforzamento.* German. Ein arbeitsame vnderwindung oder zurüstung / das vnderstehn. Hispan. *Esfuerco.* Polon. *Podiecie sie wszego rzeczy.* Vng. *Igieket, vagy erkedes.* Ang. *Indeavour or going about to do a thing.*] Livius 2. ab Vrbe: Res tamen suo ipsa molimine gravis certaminibus in annū extrahitur. Ovid. 1. de Pont. Eleg. 3: Magna tenent illud numen molimina rerum. Idem 12. Metamorph. -solidoque revellere dumo Annosam pinum magno molimine tentat. ¶ Pro eodem etiam dicimus Molimentum. Liv. 7. belli Macedon. Et eo minoris molimenti ea claustra esse, quod in fluminis modum, longum, & angustum, & vadosum ostium portus sit.

Mōlītŏr, penult. prod. m. t. Qui aliquid machinatur, conatur, finit, aut efficit. [חורש *chorēsch, cudmacus, mavvic.* Gall. *Qui s'efforce de faire quelque chose.* Ital. *Chi si sforza di fare qualche cosa.* German. Ein vnderstelier oder zurüster / der etwas grosses zuhandē nimpt. Hisp. *El que se esforca parar hazer algo.* Pol. *Ten ktory sie stara.* Vng. *Valami dologhnak eppitője, gyinadoia.* Ang. *He that dareth, and forceth him self in doing any thing.*] Cicero de Univer. Hanc igitur habuit rationem effector mundi, molitorque Deus, ut unū opus totum atq; perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveret. ¶ Molitor rerum novarum, apud Suet. in Domit. cap. 10: Molitrix novarum rerum. Idem in Claud. cap. 35.

Mōlītrix, pen. corr. Vide MOLITOR, in Mola.

Mollesire, inquit Festus, erant pelles ovillæ, quibus tegebantur galeæ. Videntur autem Latini vocem Græcam depravatam, ἀφ᾽ οὗ ἐστι erat, suā fecisse, & mollostrā vocitasse. Turneb.

Mōllis, le, om. t. Tener, non durus, tactui cedens: à movendo, quasi mobilis, quòd in quancunque partem facilè trahi ac moveri possit. [רך *rach.* μαλθακὸς, μαλακὸς. Gall. *Mol, delicat.* Ital. *Molle, tenero.* German. Weich/lind. Belg. Sacht. Hispan. *Mollo è blando al tatto del tocar.* Polon. *Miekki.* Vngar. Lagy, gyengo. Ang. *Soft tender, nice.*] Virgil. 2. Georgic. Quid nemora Æthiopum molli canentia lana. Cicero 3. de Orat. Sicut mollissimam ceram ad nostrū arbitrium formamus & fingimus. ¶ Cum homine junctum in deteriorem partem fere accipitur, pro effœminato, languido & inerti. Cicero 1. de Orat. Quis hoc philosophus tam mollis, tam languidus, tam enervatus, tam omnia ad voluptatem corporis, dolorēmque referens probare posset? Idem de Clar. Orat. Solutus & mollis in gestu. Livius 3. bel. Maced. Quum in publico epulatus, reverteretur domum temulentus, prosequentibus mollibus viris, qui joci crudi convivio celeri interfuerant. ¶ Molle ingenium: hoc est, docile, cuiq; facilè quicquid discit imprimitur. ¶ Mollis animus: hoc est, tractabilis, flexibilis, placabilis, qui scilicet facilè accipit offensiones, & facilè deponit. Cic. Att. lib. 1: Quanta sit in Qu. Fratre meo comitas, quanta jucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendā offensionem, & ad deponendam, nihil attinet ad te, qui ea nosti, scribere. ¶ Quoniam verò ea quę tenera sunt, pro voluntate nostra facilè tractamus, & quocunque lubet dicimus, factū est ut Mollis quandoq; pro domito sumatur. Virg. 3. Georg. Belgica vel molli melius feret esseda collo. ¶ Quandoq; pro facili. Ibidem: juvat ire jugis, qua nulla priorū Castaliam molli divertitur orbita clivo. ¶ Quandoq; pro maturo, πεπων. Idem 1. Aeglog. -sunt nobis mitia poma Castaneæ molles. ¶ Mollia vina, dicuntur defæcata, & asperitate carentia, ut annotavit Servius in illud Virgil. 1. Georgic. Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina. ¶ Quandoq; pro opportuno ac tempestivo, ὥριμος. Idē 4. Aen. Sola viri molles aditus, & tempora noras. ¶ Quandoq; pro remisso, & cōtemnendo. χαῦν. Idem 3. Georg. -tua Mecœnas haud mollia jussa. ¶ Quandoque pro suavi, jucundo, & placido. Idem -molles q, sub arbore somni. ¶ Hinc Mollior, & Mollissimus. Livius 4. bel. Macedo. Volo id quàm mollissima via consequi. Colum. lib. 6. cap. 1: Corpore denso brevique, colore rubeo, vel fusco, tactu corporis mollissimo.

Mollĭcŭlus, a, um, diminut. à Mollis. [ἁβρὸς, ἁπαλὸς. Gal. *Mollet, douillet.* Ital. *Delicato, tenerello.* Ger. Weichlechtig: *item,* ein zertling. Hisp. *Luxuriosa à delicado.* Pol. *Miekuśienki śl. abs.* Vngar. Legyatska, gyenge. Ang. *A little pretie soft thing, a fine litle tender one.*] Plaut. pro tenello & delicato posuit, quum inquit in Casina: -sed lepide volo Molliculus eseas, ut ipsa mollicula est. Catul. ad Aurelium: Qui me ex versiculis meis putastis, Quòd sint molliculi, parum pudicum.

Mollĭūscŭlus, ut Molliculus Catullo. [Vng. *Legyatska gyengetske.*] Plin. Epist. lib. 1: Facit versus quosdam sane, sed data opera molliusculos, leniusculosq;, duriusculos quosdam.

Mollĭcellus, diminut. à Molliculus, μαλάκιον. Catul. Cinæde Thalli mollior cuniculi capillo, Vel anseris medulla, vel inula mollicella.

Mollĭtĭes, ei, f. g. quæ & Mollitia, æ, f. p. Mollitudo. [אֹרֶךְ *mārech:* רטיון *riphyōn.* μαλθακία, μαλακότης, χαυότης. Gall. *Mollesse, delicatesse.* Ital. *Mollitie, delicatezza.* Germ. Weicherung/same. Belg. Sachticheyt/ruychert/weecheyt. Hisp. *Mollidura, blandura, ò delicadeza.* Pol. *Miekośći, ś. abości.* Vng. *Lagyság, gyengeség.* Ang. *Softenesse, tenderenesse, niceneſſe.*] Plin. lib. 11. cap. 1: Itē omnium auriculæ ac nares, quę modicū eminent flexili mollitia. Idem lib. 15. cap. 9: Sed ubi nux illi, huic pomū, differens brevitate ac mollitie. ¶ Crebrò in malū, pro languore & inertia capitur. Salust. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini. Terent. in Eunuch. Abi fis, nihil dicis Parmeno: Ejiciunda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo. Cicer. 1. de Finib. Qui officia deserunt mollitia animi: id est, laborum & dolorum fuga. ¶ Mollities maris, Placiditas, tranquillitas. [שקט *shekeṭ.* μαλακία.] Plin. de Vir. illustr. Vbi per mollitiem matris anguis proximum Æsculapii fanum petiit. Col. lib. 7. cap. 2: Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam mollitiem, paternum & avitum retulit colorem.

Mollĭtūdo, f. t. Duritiei contraria. [אֹרֶךְ *mārech:* רטיון *riphyōn.* μαλακότης. Gall. *Mollesse, delicatesse.* Ital. *Tenerezza.* German. Weiche. Hisp. *Molledura, ò blandura.* Pol. *Miekość.* Vng. *Lagyság.* Ang. *Softenesse, delicatenesse.*] Cic. 2. de Nat. deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spiritum aptissima. Idem 3. de Orat. In ipso tactu inest & molliludinis, & lęvitatis modus. ¶ Accipitur & pro facilitate. & flexibilitate. Autor ad Heren. lib. 3: Mollitudo vocis, quum eam torquere pro commodo nostro possumus.

Mollĭtĕr, adver. Leniter, non duriter. [μαλακῶς, σφόδρα. Gall. *Mollement, delicatement.* Ital. *Mollemente.* Germ. Sanfftiglich/zartlich/saigtlich. Hisp. *Muellemente, ò blandamente.* Pol. *Miekko, lekka, subtilnie.* Vng. *Lagyon, gyengen.* Ang. *Softely, tenderlie.*] Plin. lib. 15. cap. 10: Mira naturę cura molliter femina collocandi. Cic. 2. de Nat. deor. Et cubilia sibi, nidosq; construūt, eosq; quàm possunt mollissimè substruunt, ut quàm facillimè ova ferventur. Ferre molliter: id est, placidè, æquo animo. Cicer. de Sen. tur. Ferendū est molliter sapienti. Idem 2. de Finib. Aberat Quod ferendū est molliter sapienti. Idem 2. de Finib. Aberat enim omnis dolor: qui si adesset, nec molliter ferret, &c. ¶ Aliquando significat delicatè. [ἁβρῶς, μαλακῶς. Gall. *Delicatement.* Ital. *Delicatamente.* Ger. Gütlich/zartlich. Hisp. *Delicadamente.* Ang. *Delicately, easily.*] Terent. in Adelph. Adepol Syriscę te curasti molliter. Plaut. Pœn. Ego id quęso hospitiū, ubi ego te curarī molliter. Quàm regi Antiochо curari hospites solent.

Mollĭōr, comparativum. Tacit. lib. 18: Et amici adulantes, mollius interpretabantur unius legionis eam seditionem.

Mollĭo, is, mollīvi, vel mollii, mollītum, act. q. Molle reddo, lenio, mitigo. [הרך *herāch.* μαλακίζω, μαλακὸν ποιῶ, μαλακύνω. Gall. *Amollir, adoucir.* Ital. *Far molle, mollificare.* Ger. Weichen/lind machen. Belg. Weeck maken/versachten. Hisp. *Amollentar, ò ablandar.* Pol.

Zmiekczam. Vn. *Meg lagytom.* An. *To make soft and tender, to assuage or mitigate.*] Horat. 1. Serm. Satyr. 4: dum fertum molliat ignis. ¶ Accipitur & pro sedare, mitigare, sive placare, [הִשְׁקִים *hesibkie* שִׁבֵּךְ *schubbeach.* ἐκμαλάσσω.] ut, Mollire mare, Mollire ventos. Gell. lib. 9. cap. 1: Sed postea, quũ Brundusiũ advẽtaremus, mollitiq; essent venti maris, percunctatus ego cum sum, quænam illa ratio esset pavoris sui. Accius Telepho: Remisq; nixi, properiter navẽ in fugã tradũt subter saxa ad lęvam, qua mons mollibat mare. ¶ Mollire animos, mites facere. Cicer. 2. Tusc. Molliunt animos nostros, ita sunt deinde dulces, ut non legãtur modò, sed etiã edisc antur. ¶ Mollire animos, pro effœminare. Cicer. 5. Tusc. Sed nos umbris, deliciis, otio, languore desidia animũ infecimus: opinionibus, maloq; more delinitũ mollivimus. Salust. Loca amœna, voluptuosa, facilẽ in otio feroces militũ animos molliverãt. i. effœminaverãt. Lanã mollire. Ovid. 3. Fast. - lanã mollire puellæ Discant, & plenas exonerare colos. ¶ Hujus compositum est Emollio, quod est valde mollio, ἐκμαλάσσω. Plin. Quæcunq; emollitu opus sit, anserino adipe curantur. Et Præmollio ἐκμάζω. & Remollio.

Mollĕsco, is, n. t. Mollis aut placatus fio. [רָךְ *raeb.* Ἁπ. μαλάσσεσθαι. Gall. *s' amollir.* Ital. *Ammolirsi, placarsi, acquetarse.* Ger. Weich werden/sanfft oder begütiget werden. Belg. Sacht worden. Hisp. *Ablandarse, mas mansso, ò blando.* Pol. *Miekczyć, dobrzeć.* Vng. *Meg lagyulok.* Ang. *To waxe soft.*] Claud. lib. 1. de Rapt. Proserp. ditis q; fit vers Ferrea lascivis mollescẽt corda sagittis. Ovid. 4. Metam. Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde Semivir, & tactis subito mollescat in undis. Idem 1. de Pont. eleg. 7: Pectora mollescunt, asperitasq; fugit. Plin. li. 22. cap. 17: Ladanum visu aridum, statim tactu mollescere. ¶ Hinc componitur Remollesco. Ovid. 1. Metam. - precibus si numina justis Victa remollescunt, si flectitur ira deorum. Cæsar: Vinũ ad se omnino importari non sinunt: quòd ea re ad laborem ferendum remollescere atque effœminari arbitrentur.

Mŏlĭfĭco, as, & Mollefacio, is, act. 1. Idẽ quod mollio, μαλάσσω.

Mŏllĭpēs, pedis, com. t. Qui mollem habet pedem. [μαλακόπους. Gal. *Qui a le pied mol, & tendre.* Ital. *Huomo che a i piedi molli.* Ger. Lmd füssig. Hisp. *El que tiene los pies muelles ò blandos.* Pol. *Miekonog.* Vng. *Lagy gyenge labu.* Ang. *Tender and soft footed.*] Cic. 1. de Divin. Mollipedesq; boves spectantes limina cœli.

Mollestrã, æ, f. p. pellis ovina. [μαλωτή. Gal. *Peau de brebis.* Ita. *Pelle pecorina.* Ger. Ein Schaf fel. Hisp. *Pellexa ò cuero de ouexa.* Pol. *Skora owcza.* Vn. *Iuh bor.* An. *A sheeps skinne.*] Mollestras (inquit Festus) antiqui vocabãt pelles ovinas quib. galeas extergebant.

Mollĭcĭnĭum, ii, n. pen. prod. Vestis (inquit Nonius) à mollitie dicta. μαλακὸν ἱμάτιον. Mævius in Epidico: Mollicinam, crocotam, chirodotam, ticam.

Molo, molis. Vide MOLA.

Mollugo, inis, Species est lappaginis, similis anagallidi, nisi quòd ramosior est, ac plumbus foliis, aspera alioqui, & gravi odore. Plin. lib. 26. cap. 10. Quidam eandem credunt, quam Dioscorides vocat Hippophaëton.

Mollŭscŭla, æ, f. p. [τὸ σκληρὸν, μαλακίζομαι. Ger. Ein pfaffigapffel/ oder bammuß mit einer zarten schalen.] Nux est è genere jugandium, cortice adeò molli, ut vix attrectata statim frangatur unde & nomen accepit. Hæc etiã nux Persica appellatur, quòd è Perside primùm ad nos sit trãsvecta: cujus rei optimus testis est Suevius apud Macrobium, qui hoc nucis genus eo tempore quo Alexander Macedo cum regibus Persarum bellum gessit, in Græciam translatum affirmat. Meminit hujus nucis & Plin. lib. 15. cap 22, atque eam maturescentem putamen suum rumpere. Macrobius putavit Mollusc am eandem esse cũ Malo Persico, adducens Suevii testimonium, qui idem esse ostendit Persicum & Mollusc am: sed in hoc fallitur Macrobius, quòd putat Suevium de pomo Persico loqui, quum de nuce loquatur. Vide Ruel. lib 1 cap. 89.

Mollŭscum, n. s. [Ger. Stamrat/oder Stader.] Vber est aceris arboris, quemadmodum, & Bruscum. Sed bruscum intortius est cipsum, mollusc um verò simplicius sparsum: & si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè prælatum à veteribus fuisset. Plin. lib. 16 cap. 16: Pulcherrimum verò est bruscũ, multoque excellentius etiamnum mollusc um.

Moloche, quæ & Malache. μολόχη, ἡ μαλάχη. Herba est notissima, quam Latini Malvam appellant.

Moloche agria. μολόχη ἀγρία, Herba est inter sylvestris malvę genera annumerata à Galeno. Plin. Hibiscum interpretatur, lib. 20. cap 4. pastinacæ similem facit.

Mŏlŏchĭnus color, Qui in purpurã inclinat, quòd malvę flori similis sit, μολόχου δ'. Græci enim μολόχην malvam dicunt.

Mŏlŏchĭnārĭus. Molochini coloris infector. Cæcilius in Pausimacho (ut citat Nonius) Carcasina molochina. Plaut. in Aul. Aiunt molochinarii, petunt fullones.

Mŏlŏchītēs μολοχίτης. Gemma est non translucens, spissa viriditate malvæ colorem referens: unde & nomen accepit. Nam malvam Græci μολόχην & μαλάχην appellant. Plin. lib. 37. c. 8: Non translucet molochites, spissus virens, à colore malvæ nomine accepto reddẽdis laudata signis, & infantium custodia quadam, innato contra pericula ipsorum medicamine.

Mŏlorthus, [Ger. Bleywag/oder Sencke/damit die Mawrleute ein jetlich ding abmessen/ ob es gerad stande oder nicht.] Idem quod perpendiculum: hoc est, plumbum à filo & gnomone dependens, quod à summo ædificio deorsum demissum, rectitudinem ejus, vel obliquitatem indicat. μόλυβδος. Dictus autem putatur Molorthus, quasi μόλυβδος ἐρθός: hoc est, plumbum rectum, finę prioris dictionis in compositione euphoniæ gratia abjecto.

Mŏlŏssus, μολοσσὸς, Pes metricus dictus est ab ejus regionis salutatione: vel quòd odas eo pedis genere magna ex parte cõstantes Molossi in templo Iovis canere consueverũt, in memoriam Molossi filii Pyrrhi & Andromaches: à quo postea festa Molossia dicta sunt. Vel (ut alii volunt) quòd Molossi ad bellum procedentes, hujus modulata compositione utebantur. Constat autem tribus longis, ut Æneas.

Mŏlŏcrum, pen. corr. Lignum quadratum est, aurore Festo, quo veteres immolabant. ¶ Item illud quo molæ vertuntur, quod Græci μόλυνδρον dicunt. ¶ Item tumor ventris, qui etiam virginibus accidere solet, Molucrum vocatur. Afranius Feme virgini, tanquam gravidæ mulieri, crescit uterus: molucrum vocatur, transit sine doloribus.

Molỹ, μόλυ, Herba est Homeri carmine celeberrima: de qua sic scribit Plinius libro 25. cap. 4: Laudatissima herbarum est, Homero teste, quam à diis vocari putat Moly: & inventionem ejus Mercurio assignat, contraque summa venefica demonstrat. Nasci eam hodie circa Phenεum, & in Cyllene Arcadiæ tradunt, specie illa Homerica, radice rotunda, nigraque, magnitudine cæpe, folio scillæ: effodi autem difficulter. Graci autores florem ejus luteum pinxêre, quum Homerus candidum scripserit. Ibidem plura. Nomen habere putatur παρὰ τὸ μωλύειν τοὺς πόνους.

Mŏlybdæna. [μολύβδαινα. Ger. Bleyerz/bleywerck/oder die klumen am Bley oder Gether.] pen. prod. Est (inquit Plin. lib. 37. cap. 12.) quæ aliàs Galena vocatur, plumbi & argẽti vena communis. ¶ Est etiam (ut idem affert lib. 25. cap. 13.) genus herbæ, sic dictæ, quòd nomine Plumbago dicitur.

Mŏlybdītis, f. t. [μολυβδῖτις. Germ. Bleyschaum/Bleyschlack.] Argenti spuma, quę fit ex plumbi fusura. Plin. lib. 33. cap. 6: Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera ejus tria: optima, quam chrysitin vocant: secũda, quam argyritin: tertia, quam molybditin. Deinde subdit: Chrysitis ex ipsa vena fit, argyritis ex argento, molybditis ex plumbi fusura, quæ fit Puteolis, & inde nomen habet.

Mŏlỹris, idis, μολυρὶς, Aristoteli locustę genus, quæ frumenta depopulatur.

Molyzã, μολυζὰ, ab Hippocrate appellatur allii caput cũ ipsâ coma. Vide Ruel. lib. 2. cap. 85.

Momar, Siculi stultum vocant, authore Festo.

Mŏmen, minis: id est, momentum. Lucret. lib. 3: Momine uti parvo possint impulsa moveri.

Mŏmĕtum, n. s. dicitur qualecunq; spatium temporis, & qualecunque pondus, sive magnum hoc sit, sive parvum. [רֶגַע *rigbah.* ἐν ἅμα ἐν ῥοπῇ. Gall. *Moment.* Ital. & Hisp. *Momento.* Germ. Ein ordnung/verruckung oder neigung es sey der zeit/des gewichts. Polon. *Czas maluchny, przechylenie wagi, item okamgnienie.* Vng. *Egy/csippantas.* Ang. *A moment, the estimation or value of a thing, a weight or poise.*] Cic. Trebat. Omnia momenta observabimus, neque ullum prætermittemus tui juvandi & levandi locum. Idem 3. de Finib. In his momenta sunt maxima ad beatè vivendum. ¶ Accipitur etiam frequenter Momentum pro minimo puncto temporis, quod Græci ἄτομον vocant, vel ἀκρότομον. [German. Ein Augenblick. Belg. Een oogenblick.] Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 1: quid enim? concurritur: horæ Momento cita mors venit, aut victoria læta. ¶ Nonnunquam etiam pro aliarum rerum minima quantitate. Plin. lib. 30. cap. 7: Prosunt & combustæ ut cinis earum bibatur in vino, addito resinæ momento. ¶ Momentum etiam juxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, Res parvi momenti est, quæ magnum vel parvum pondus, & vim habet. Liv. lib. 5. ab Vrb. Rege superato nullum momentum in solis per se Gallorum copiis fore. Cic. 4. de Finib. Sic errare Zenonem, qui nulla in re, nisi in virtute aut vitio, propensionẽ ne minimi quidẽ momenti ad summum bonum adipiscendum esse diceret. Idem in Var. Cujus testimonium propter turpitudinem vitæ, sordesque domesticas nullius momenti putaretur. Brassica nullius momenti in medicina. Plin. lib. 20. cap 9. ¶ Momentum pro exiguo loci spatio, sive intervallo. Plin. lib. 18. cap. 34: Sol autem quotidie ex alio cœli momento, quàm pridie oritur.

Mŏmentānĕus, nea, neum, Quod est caducum, & quod facilè mutatur, ac deficit πρόσκαιρος, ἐπιπροσθούμενος.

Mŏmentārĭus, a, um, Quod in momento fit. [ἀκμὴ. Gall. *Ce qui se fait en vn moment.* Ital. *Cio che si fa in vn momento.* Germ. Augen-

Momentarisch. Hisp. *Cosa que se haze en vno momento.* Pol. *Momentalnie.* Vng. *Azmyg egyszer valamit csinalo.* Ang. *That is momentarie.*] Ambrol. Sytos verò Elisæus, quos obsidentes in civitatem induxerat, momentania cæcitate percussos, quum quò ingrederentur, videre nō poterant, &c. Sed nemo me autore Ambrosium imitatur, Theologum quidem summū, sed Latinæ linguæ autorem parum locupletem.

Mōmentōsus, m.f. Alicujus momēti. [*ὁ μεγάλων ἀξιῶν ἄξιος, ὁ πολὺ βλέπων, ὁ τὰ σπουδαῖα ἀποδεχόμενος.* Gall. *De grande importance.* Ital. *Di molta importanza.* Ger. *Erschrecklich/das viel vermag/ fürbedim.* Hisp. *Cosa de grande peso.* Pol. *Ten maktorym wielkiey ielie.* Vng. *Nemsommis.* Ang. *Of great importance.*] Quintil. Declam 23: Nunc verò differendum mihi est, quàm momentosa sit hujus animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leviter florent decerpunt, ut nulla appareat rapinæ jactura.

Mōmĕto, as, are, Vno momento sive exigua re dirigere & æquare. Coroat. in Pers. Sat 5: Revera scis justitiam in lance pensare, & ipsius dubiæ lancis rectitudinem calles discernere, & curvam regulam momentare.

Momistum vocant molarium partem, quæ adsidet gingivæ.

Mōmĭtō, as, are, Vno momento sive exigua re dirigere & æquare. Coroat. in Pers. Sat 5: Revera scis justitiam in lance pensare, & ipsius dubiæ lancis rectitudinem calles discernere, & curvam regulam momentare.

Sepemotē verò quę conficiuntur cibi, πρωϊζουσι. id est, mensam.

Monĭchus, chi, m.f. Solitarius. [מוֹנֵךְ *chamár. μοναχός. ἀσκητής.* Gall. *Moine, solitaire.* Ital. *Monacho, solitario.* Ger. *Ein Münch/der sich abgesünderet einig leben führt.* Hisp. *Monje, solitario, solo.* Pol. *Pustelnik.* Vng. *Egyes ember, barat.* Ang. *A monke.*] ἀπὸ τῦ μόνος. *Quòd est in solitudine vivere.* Primi enim monachi quò contemplationi, sacrarum literarū studio, atq; orationi commodius vacare possent, hominum cœtus fugiebant, & in vastissimas se conferebant solitudines. Hinc Monasterium. [*μοναστήριον, ἀσκητήριον*: antiquitus *ἀφοσιωτήριον.* Gall. *Monastere.* Ital. *Monasterio.* Germ. *Ein einöde/ Closter/ ein abgesündert ort.* Hisp. *Monasterio.* Pol. *Klasztor.* Vng. *Klastrom.* Ang. *A monastarie.*] Solitudo.

Monachātus, pro conventu & sodalitate monachorum. L. 13. C. de sacrosanct. eccles. Sanctimonialis mulier, siquid vel testamento, vel codicillo ecclesiæ, martyrio, clero aut monachio relinquendum credidit, id omnibus modis ratum firmumq; consistat.

Mŏnarchĭa, æ, f.p. *μοναρχία*, cum accentu in penult. Est unius principatus, quem Suetonius appellat Arbitrium orbis terrarum. Hæc qui potitur, Monarcha, *μονάρχης*, dicitur. Monarchia id est, unius principatus, primas tenet in tribus speciebus gubernationum, quas justas censuerunt Philosophi. Hæc verè legitima potestas, quæ si innocua fuerit, Dei typum in terris refert: nunc propria est apud Romanorum: hoc est, omnium Christianorum Imperatorem, Regémve, qui absque Augusto rerum potitur. Facti enim non iuris est, quod cæteri reges Imperatoriæ majestati detrahunt. Alciatus de Francis occidentalibus loquens: Qui licet, inquit, Regibus Germanorum, quos Imperatoris titulo Romani pontifices insignivêrunt, nō subsint Romani tamen imperii, & ipsi pars eoq; jure vivunt. Monarchiam orbis, Imperatoris elegāter affinit Baro Tautenberg. ex patrum sententiis interpretans titulum de Feud. Marchiæ lib. 1. Feudorum: Nec refragatur olim gentes nonnullas ditionem Imperatoris non agnovisse, sicut & hodie nonnulli agnoscere recusant, de jure tamen, dubio procul agnoscere debent: secundū Isonem, in l. cunctos populos, de sunt. trin. per Gloss. minimè recognoscat, in C. per venerabilē. Qui filii sint legit. ¶ Hanc optimam esse magistratus formā Homer. in Iliad. hoc carmine docere voluit:

κοίρανος ἔστω εἷς, βασιλεὺς δ' ἔστω ἕνα.

Mŏnās, nădis, f.t. *μονὰς*, à *μόνος* deducitur, & significat unitatem. [Gall. *Unité.* Ital. *Unità.* Ger. *Die einigkeit/ahl.* Hisp. *El numero de uno.* Pol. *Iedność.* Vng. *Egy.* Ang. *One.*]

Mŏnaulŏs, *μονα*ύλος, Tibia simplex: *μόνος* enim solus interpretatur, & *αὐλὸς* tibia. Martialis lib. 14. Sæpè duas pariter, sæpè monaulon habet. Plinius lib. 6. cap. 56: Monaulon: id est, unicam & simplicem tibiam, Mercurius invēnit.

Mŏnēdŭla, æ, f.p. Avis ex graculorū genere, quasi monetula, quòd monetas furripiat. [*κολοιός.* Gall. *Chocard ou choucte.* Ital. *Monedula.* Ger. *Ein tule.* Hisp. *La graja.* Pol. *Kawka.* Vng. *Tsóka.* Ang. *A dawe, a cadesse.*] Huic enim avi furacitas argenti atque auri præcipuè est. Plin. lib. 10. cap. 29: Insubrium tractu examina graculorum, monedularumq;: cui soli avi furacitas auri argētiq; præcipuè mira est. Ovid. 7. Metamorph. Nigra pedes, nigro velata monedula pennis.

Mŏnĕo, nes, nui, itum, act. f. Admoneo, suadeo, hortor, præcipio. [יָעַד *ho'ed. νουθετῶ, παραινῶ, παραγγέλλω.* Gal. *Admonnester, aussi, conseiller.* Ital. *Avisare, ricordare, ammonire, avertire.* Ger. *Vermanen.* Hisp. *Amonestar, recordar.* Pol. *Napominam, przestrzegam.* Vng. *Tanitok.* Ang. *To warne to counsayle, to put in mynde or remembrance.*] Cic. ad Quint. Fratrem: Tu me de retinenda Sestii gratia literis monuisti. Idem ad Atti. Idipsum me monuit, quod triduo antè cogitaram. Idem de Amic. Sed quū tot signis natura declaret quid velit, obsurdescimus tamē nescio quomodo: nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Ibidē: Nam & monendi sæpē amici sunt, & objurgandi: & hæc accipienda amicè quū benevolè fiunt. Plaut. in Pseud. At hoc volo monere te, monēdus ne me moneas. ¶ Interdum Monere, est temporis, horæ, dici, loci; personæ admonere. *παραγγέλλειν.* Terent. in Heaut. sed ut dici tempus est, Monere oportet me hunc vicinum Phaniā, ad cœnam ut veniat. ¶ Varie hoc verbum cōstruitur. Nam & monere aliquem aliquid, & de re aliqua, & alicujus rei dicimus. Cic. in Catil. Sed eos hoc moneo, desinant furere. Cic. 2. de Divinat. Quod idem dici de Moneta potest: à qua, præterquam de suc plena quid unquam monitī sumus? Terent. in Andr. Habeo pro illa re, illum quod moneā probē. Valer. Max. Ab eo qui proximè assidebat, solutæ à se legis suæ admonitus. ¶ Moneris, pro moneris, Prisci dicebant. Pacuvius in Armorum judicio, ut citatur à Nonio: Dic quid facium: quod me monetis, effectum dabo. Idem in Chryside: Dii monerint meliora. ¶ Moneo, admoneo, & submoneo, ita separat Corn. Front. de Verbor. differ. Monet, *inquit*, aliquis propter benevolentiam: Admonet, ut confirmet memoriam: Submonet, ut possit ordinatè pronuntiare. Igitur in monente benevolentia, in admonente memoria, in submonente officium. ¶ Composita sunt, Admoneo, Commoneo, Emoneo, Præmoneo, & Submoneo: quorum significata vide suis locis.

Mŏnĭtum, ti, n.s. Quod quis monet, monitio, admonitio. [*νουθέτημα, παραίνεσις.* Gall. *Auertissement, admonition.* Ital. *Auiso, ammonitione, ammonitione.* Ger. *Ein warnung oder ermanung.* Hisp. *Amonestamiento, enfrenamiento.* Pol. *Przestroga.* Vng. *Intes.* Ang. *An admonition or warning, a counsayle.*] Cicero 4. de Finibus: itaq; quæ sunt eorum consolationes, quæ cohortationes, & quam monita à consilio scripta ad summos viros? Virg. 8. Aen. cum Hetrusca resedit Hoc acies campo, monitis exterrita divūm. Ovid. 3. de Arte: Hæc quoq; pars monitis erudienda tuis.

Mŏnĭtŭs, us, penult. corr. m. q. Monitio. [*νουθέτημα.* Gall. *Auertissement, admonition, remembrance.* Ital. *Ammonitione.* Ger. *Ein warnung/ ermanung.* Bel. *Een vermaninge.* Hisp. *Amonestamiento.* Pol. *Przestrzeżenie.* Vng. *Intes.* Ang. *A warning or putting in remembrance.*] Livius 1. ab Vrbe: Seu voce cœlesti ex Albano monte missa (nam id quoq; traditur) seu aruspicum monitu. Iuvenal. Satyr. 14: Et lævo monitu pueros producit avaros. Virg. 4 Aeneid. Multaq; præterea vatum prædicta priorū Terribili monitu horrificant.

Mŏnĭtŏr, oris, m.t. Qui nos alicujus rei monet. [*νουθετητής, ὑπομνηστής, παραινέτης.* Gal. *Ammonnesteur, auertisseur.* Ita. *Ammonitore, auisatore, ammonitore.* Ger. *Ein ermaner/warner.* Hisp. *Amonestador.* Pol. *Przestrzegacz.* Vng. *Intes.* Ang. *A warner, one that putteth in remembrance.*] Cicer. in Catil. Fortasse minus erūt, hoc monitore, & autore hujusce sententiæ, mihi populares impetus perimescendi. Est æternus monitor. Statius 5. Syl. nec enim externo monitore petendus Virtutis tibi pulcher amor. Terent. Heaut. Monere oportet me hunc vicinum Phaniam Ad cœnam ut veniat: ibo ut visam si domi est: Nihil opus fuit monitore: jamdudum domi Præstò apud me esse ajunt. ¶ Dicuntur præterea monitores, qui in judicio summissa voce oratorem admonent eorum quæ dicenda sunt. Cicero in Divin. in Verr. Video mihi non te, sed hunc librum esse responsurum, quem monitor tuus tenet. ¶ Sic etiam in scena monitores dicuntur, autore Festo, qui histriones, eorum quæ dicenda agendáve sunt, monent. Galli vocant *Protocolles.* ¶ Item monitores dicuntur servi à Colono præfecti, ut operarum veluti vinitorum, & aratorum turbam obeuntes, unumquenq; moneant, & segniores castigent. Columella lib. 1. cap. ult.

Mŏnĭtōrĭus, a, um, Quod monet. *παραινετικός.* ut Liber monitorius.

Mŏnĭtĭo, f.t. Adhortatio, admonitio. [*παραίνεσις, νουθέτημα.* Gall. *Amonition, auertissement.* Ital. *Amonitione, auiso.* Ger. *Ein warnung.* Hisp. *Amonestamiento.* Pol. *Przestrzeżenie.* Vng. *Intes.* Ang. *A warning or admonishment.*] Cic. lib. 3. Offic. Habenda ratio & diligētia est, primùm ut monitio acerbitate: deinde objurgatio contumelia careat.

Mŏnĕtă, æ, pen. prod. f.p. dicta est, quòd nos signi impressione vel autoris vel pretii moneat. [*νόμισμα.* Gall. *Monnoye.* Ital. *Moneta.* Ger. *Münz/oder Gut.* Bel. *Munt.* Hisp. *La moneda.* Pol. *Pieniądze, monetа, miernica.* Vng. *Penz.* Ang. *Money or coyne.*] Martial. lib. 11 Et centū dominos novæ monetæ. ¶ Quo etiā nomine dicta est Iuno. Cicero lib. 1 de Divin. Post cladem illam maximā à Senonibus Gallis factam, audita vox ex arce Junonis fuit, ex quo Iuno illa appellata Moneta est. ¶ Monera etiam forma est typusq; monetæ. Macrobius pro utero translatè ita usurpavit lib. 1. Comment. cap. 6: Verūm semine semel intra formandi hominis monetam locato, hoc primùm artifex natura molitur.

Mŏnĕtālis, & hoc monetale, om.t. Quod ad monetā pertinet. [*τοῦ νομίσματος.* Gall. *Ce qui appartient à la monnoye.* Ital. *Che s'appartiene*

s'appartient à monoye. Ger. Das zu der Münz gehört. Hisp. *Cosa de moneda.* Pol. *Mienczni.* Vng. *Vert penzhez valo.* Ang. *Belonging to money.*] Apuleius de Asin. Plotina pretiosissimis monilium, & auro monetali zonis relectis incincta. ¶ Monetales Triumviri dicti sunt (sicut scribit Pomponius Iureconsultus lib. 2. de Orig. jur.) æris, argenti, atq; auri flatores. Cicero ad Attic. lib. 10. de Vulteio loquens: Monetali autem adscripsi, quod ille ad me proconsulem: id est, In summa epistola scripsi, Vulteio monetali. Budæus.

Mŏnĕtārĭus, m. s. Qui monetam cudit. [νομισματοποιός. Gall. *Vn monnoyeur, batteur ou forgeur de monnoye.* Ital. *Monetario.* Ger. Ein Münzer. Hisp. *Monedero, forjador de moneda.* Pol. *Mienczy kuiasi, mienczer.* Vng. *Penz verb.* Ang. *A coyner of money.*] Firmicus: Habentes horoscopum sub signo hoc, erunt monetarii.

Mŏnīlĕ, pen. prod. n. t. [חרוז *charuz* עגיל *hadhi* חליל *chalil.* κόσμος, περιδέραιον. Gall. *Collier, carquan.* Ital. *Collana, monile.* Germ. Ein halßgierd / etwas das man vmb den halß legt oder daran hendt zur gezierd. Hisp. *Collar o cadena de oro.* Pol. *Zawieszone naszyy.* Vng. *Kb hurcza, kapcz.* Ang. *A coller or ie wel that women vsetth about theire neckes, an euche.*] Ornamentum gutturis, quod solet de collo virginum pendere, Græcè κρήδεμνον nuncupatur, inquit Hieronymus: dictum quod gestantem virtutis admoneat: nam primò ob aliquod egregium factum dari solebat. Ovid. 10. Metamorph. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo. ¶ Neque solùm illud monile dicitur, quod ex hominum, verumetiam quod ex equorum, aliorumq; animalium collo dependet. Virgil. 7. Aeneid. de equis Latini: Aurea pectoribus demissa monilia pendent. Gellius lib. 5. cap. 5: Equitatum fræniis, ephippiis, monilibus, phaleriisq; præfulgentem. ¶ Monile etiam segmentũ dicitur, quod quibusdam bracteolis, quasi præsegminibus constat.

Mŏnĭmĕntum, vide MONVMENTVM.

Mŏnŏbēli, μονοβῆλοι, A' Lampridio in vita Heliogabali vocãtur qui solo obelo: hoc est, longitudine conspicuendi sunt.

Mŏnŏcĕrōs, otis, pen. corr. [ראם *reem* μονόκερως. Gal. *Vne licorne.* Ital. *Alicorno.* Ger. Ein einhorn. Hisp. *Vnicornio.* Pol. *Iednorozec.* Vng. *Egyfczerw, vnicornis.* Ang. *An vnicorne.*] Animal unicum cornu gerens, quod & Vnicornis appellatur. Habet equinum corpus, caput cervinum, mugitum horridum. Plin. lib. 8. cap. 21: Aspertimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, &c.

Mŏnŏchŏrdum. [μονόχορδον. Gall. *Vn manicorde, ou espinette.* Ital. *Manicordo.* Ger. Ein gattung eines seytenspils / so gleiches setten hat. Hisp. *Monacordio en la musica.* Pol. *Klawicord.* Vng. *Lant ez kinek egy zama hurz vagyon.* Ang. *Clauicimbal.*] Instrumenti musici genus est, ita dictum, non quòd unam chordam, sed quòd omnes chordas unius vocis habeat, nisi pannuli nexu distinguantur.

Mŏnŏclonŏs, μονόκλωνος. Species est artemisiæ, à ramuli unitate ita appellata; quemadmodum πολύκλωνος à ramulorum multitudine. Vide Dioscor. lib. 3.

Mŏnŏchrōmătī, μονόχρωμα, Picturæ dicebantur, quæ non variis (ut hodie) sed singulis coloribus constabant. Plin. lib. 35. cap. 7: Cinabari veteres, quæ etiam nunc vocãt monochromata pingebant. Idem Plin. lib. 35. cap. 3. autor est, primũ picturę genus fuisse lineare, quod nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ similitudinem circunductis lineis exprimebat. Dehinc huic successisse alterum picturę genus, quod singulis coloribus rerum imagines imitabatur: idq; postea inventa opcrosiore pictura, monochromaton esse appellatum.

Monochromateus, adject. Plin. li. 35. cap. 5: Qui monochromatea genera picturæ vocaverint, qui deinde, &c.

Mŏnŏcunctă. Expũge apud Alber. & repone Monozonton. Extat vox apud Iurisc. in l. quidam ignaviæ. C. de Decurione lib. 10. Significat autem solitariè viventes. Alciato Monoxonii vocabulum magis placet: quod & interpretatur locum in eremo, in quo Monachi congregantur.

Mŏnōdĭa, cum accentu in pen. μονῳδία, Lugubris cantus, qui fit à præfica in defunctorum functibus, quasi unius cantus. Nam cæteris flentibus sola præfica canit. Hujusmodi cantus etiam Nænia dicitur.

Mŏnōgămus, pen. cor. m. f. [μονόγαμος. Gall. *Qui a eũ marié vne fois.* Ital. *Colui che ha hauuto vna moglie sola.* Ger. Der nur ein Ehemeib genommen hat. Hisp. *Casado vna vez.* Pol. *Iednoz zonaty maz.* Vng. *Egy feleseguc.* Ang. *That hath bene ones maried.*] Vnius uxoris vir. Vnde & Monogamia. Hieron. Quàm sancta sit monogamia, hinc ostenditur, quòd digamus in clerum eligi non potest. Græca vox, & nulli veterum usitata.

Mŏnōgĕnĕŏn, μονογένειον, Herba est insignis, quę notiore nomine Pæonia appellatur. Legitur ita in quibusdam Dioscoridis codicibus. A' doctioribus tamen hæc nomenclatura, ut pleræq; aliæ ex Brunfelsii Onomastico huc translatæ inter Notha Dioscoridis numerantur.

Mŏnŏgrămmī, Homines macri, pertenues, & decolores. [μονογράμμους. Gall. *Maygres, effilez, sans couleur.* Ital. *Magri, senza colore.* Ger. Magere / dürre vnd vbel gefarbte leut. Hisp. *Muy magros, flacos sin color.* Pol. *Szczli u miebarwni ludzie.* Vng. *Igen kouek, kinkenek.* Ang. *Leane men without any good colour.*] Cicero lib. 2. de Natura deor. Dii ab Epicuro Monogrammi dicuntur. Translatio ducta est ab antiquissimo picturę genere, quę solis lineis rei similitudinem exprimebat, nõ additis reliquis, quæ iustam picturam absolvunt. Hanc Græci μονόγραμμον vocant. Plin. lib. 35. cap. 3. picturam linearem appellat.

Mŏnŏlŏgĭŏn, μονολόγιον, Sermo per omnia sibi similis, vel eadem orationis facies, quum nulla varietate leguntur. Græca vox.

Mŏnŏlŏres, [Vn. Εγγύης, *peremn.*] Vopiscus in Aureliano, Prægrandes vestes ipse primus militibus dedit, cum antè non nisi rectas purpureas accepissent: & quidem aliis monoloris, aliis dilores, trilores aliis, & usq; ad pentelores, qualcs hodie lineæ sunt. Compositio facta est à loro.

Mŏnŏmăchĭă, f. p. [μονομαχία. Gall. *Combat de seul à seul.* Ital. *Duello.* Germ. Ein kampffen welchem nur zwen mit einander streiten. Hisp. *El desafio de vno por vno.* Pol. *Bitwa miedzy dwiema.* Vng. *Kat emberek hay viadallia.* Ang. *A combat of two hand to hand.*] A' Latinis duellum, vel singulare certamen appellatur, quod fieri solet ad eruendam rei alicujus veritatem, vel ad purgationem inducendam: idq; hunc in modũ, ut qui se sic probaturum purgaturúmve aliquid obtulerit, & vicerit, probasse vel purgatus esse credatur: sin succubuerit, in probatione defecisse, vel objecti criminis convictus esse putetur. Hoc tamen probationis genus hodie jure etiam civili est eliminatũ. Nam in otio civili & domestica quiete, cruenta spectacula sibi non placere, Imperator attestatur l. Vnica. C. de gladiatoribus. ¶ Qui hoc certaminis genere congrediuntur, Monomachi, μονομάχοι, dicuntur.

Mŏnŏphăgī, μονοφάγοι, Dicebantur, teste Athenæo, qui seorsum cibum sumebant, more diverso à Romanis, qui simul cũ amicis accumbebant: unde & Cœnam appellabant, διὰ τὸ κοινοῦσθαι. ¶ Dicuntur præterea Monophagi, qui eodem perpetuo victu utuntur: quæ vivendi ratio etiam Monophagia, μονοφαγία, appellatur.

Mŏnŏpodium. [μονόποδον. Ger. Tisch oder stul mit einem fuß oder fuß.] Dicitur mensa unico tantùm pede subnixa. Liv. 9. bel. Maced. Et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia & abacos Romam advexerunt.

Mŏnŏpōlium, lii, n. s. [μονοπώλιον. Ger. Ein handel vnd gewerb allein gekaufften vnd verkauffen.] Dicitur quũ penes unum aliquis rei alicujus vendendæ potestas est, διὰ τὸ μόνον πωλεῖν. Fit enim hic quum unus solus aliquod genus mercaturæ universum emit, ut solus vendat, pretium suo modo statuens. Quod genus hodie in multis rebus servatur, ut in coralio Africæ apud Hipponem, alumine in Sicilia & Hetruria, uvis passis in Achaia, bitumine in Iudæa: quod quia Græci Ἄσφαλτον vocant, omne monopolium vulgò *Asphaltum* dicitur. Plaut. Habes murinam & calamum, potes monopolium instituere. Legimus apud Iustinianum, monopolia non esse admittenda, quoniam non ad commodũ Reipub. sed ad labem, detrimentaq; pertinent.

Mŏnŏps, μόνωψ. Fera genus est Pæoniæ peculiare, magnitudine tauri, quod cùm ab insequentibus urgetur, acre & igneo stercus excernit, quòd si in venatorũ quempiam inciderit, mutem repentè affert. Autor Aelian. lib. 7. cap. 8.

Mŏnŏprōtŏn, μονόπτωτον, pen. prod. Vnius casus, quod unum modo habet casum: ut Nam, quum aliquem majorẽ aut minorem natu dicimus. Reliqui enim casus non sunt in usu. ¶ Aprota, ἄπτωτα, verò dicuntur, quæ sine casu sunt: hoc est, nomina quæ inflecti non possunt.

Mŏnŏstўlŏn, Vnius columnæ: στῦλος enim columnam Græci dicunt.

Mŏnŏxўlă, μονόξυλα, Lintres sunt, ex unico ligno (ut vox ipsa statim indicat) excavatæ: quibus Aegyptii per stagna, & Nili inundationes utuntur. Strabo lib. 3. Plin. lib. 6. cap. 23: Regio autem ex qua piper monoxylis lintribus Becarim devehitur, vocatur Cottona.

Mŏns, hujus montis, m. t. Terræ tumor altissimus, ab eminendo, quasi eminens dictus. [הר *har* גב. Gall. *Vne montagne, vn mont.* Ital. *Monte, montagna.* Ger. Ein Berg. Hisp. *El monte, altura de la tierra.* Pol. *Gora.* Vng. *Hegy.* Ang. *A mountane.*] Itaque aliquando mons dicitur pro omni eo quod eminet, ut dixit Virgilius: præruptus aquæ mons. Tacitus libro 4: Cœli temperies hyeme mitis obiectu montis. Virgil. 12. Aeneid. Ilicet ingens remugit Mons circùm, & vocem late nemora alta remittunt. ¶ Sumitur quandoque pro saxo. Idem 6. Aeneid: Prensantemq; uncis manibus capita aspera montis Ferro invasisset. ¶ Sic aliquando saxum pro monte, ut apud eundem: saxi de vertice pastor. ¶ Hinc Septimontium, locus qui habet septẽ montes,

montes, quo est nomine Roma appellata. ¶ Montes aureos polliceri: proverbialis hyperbole, de iis qui immensa promittunt. (perq; amplissimas ostentant. Vide Chiliades.

Mŏntĭcŭlus, diminutivum, Parvus mons, [ὀρεινὸς, βουνὸς. Gall. *Montagnette, petite montagne.* Ital. *Monticello.* Germ. Ein bergtin. Hisp. *Pequeno monte.* Pol. *Gorka.* Vng. *Domb, hegyetske.* Ang. *A little mountaine.*] Dicitur & Monticellus. Hoc verbum Calepinus de suo addit.

Mŏntānus, a, um. Quod est ex monte: [הררי *harari. ὀρεινὸς.* Gall. *De montagne.* Ital. *Montano, di monte.* Ger. Das den Berge ist/ oder zum Berg tempt. Hisp. *Cosa montanuesca ò de monte.* Pol. *Gorni.* Vng. *Hegybŏl valo.* Ang. *Of a mountane.*] ut Montani imbres. Ouidius 11. Metamorph. Panaq; montanis habitantem sempers in antris. Idem 2. Fastorum: Campus erat, campi clandebant ultima colles, Sylvaq; montanas occulere apta feras. Cibaut contra Rut. Ligures montanos, duros atque agrestes, docuit ager ipse, nihil ferendo nisi multa cultura, & magno labore quæsitum.

Mŏntōsus, a, um, Locus montibus plenus: [ὀρεινὸς. Gall. *Montueux, plein de montagnes.* Ital. *Montuoso.* Ger. Bergechtig. Hisp. *Cosa de montes, ò llena de montes.* Pol. *Gorysti.* Vng. *Hegyes.* Ang. *Full of mountains.*] ut Montosa regio, non montuosa. Plin. Nascitur in Montosis & asperis, aliquando & herbosis. Virg. lib. 7: Este montosæ miserè in prælia Nursæ. Cic. de Amicitia: Quû locis etiam ipsis montosis delectemur, & sylvestribus.

Mŏntĭgĕnus, In monte genitus, ὀρεσσίοικος.

Mŏntĭvăgus, pen. cor. m. f. Qui per montes vagatur [ὀρεσσίδρομος. Gall. *Qui court, fait sa vague par les montagnes.* Ital. *Che vaga per monti.* Ger. Bergschweiffig. Hisp. *Cosa que vaga por los montes.* Pol. *Gorach bieżĕiący.* Vng. *Hegyen bodoṡo.* Ang. *That wandereth on the mountaines.*] Cicero 5. Tuscul. Quid bestiæ? nonne frigus? non famem, nõ multivagos atq; sylvestres cursus, atq; lustrationes patiuntur?

Mŏnstro, as, Ostendo, declaro, indico, demonstro. [הורה *horah* הודיע *hodiah* הראה *herah. δείκνυμι.* Gall. *Monstrer & enseigner.* Ital. *Monstrare.* Ger. Zeigen. Bel. Wysen. Hisp. *Demonstrar como à la vista.* Pol. *Pokazuie.* Vng. *Meg mutatom.* Ang. *To shew, to tell.*] Terent. in Adelphis: Scio ubi sit, verùm hodie nunquam monstrabo. ¶ Monstrare aliquando, pro docere. Plaut. in Bacchid. Iam perdidisti te, atque me, atque operam meam. Qui tibi nequicquam sæpè monstravi bene. Cicero lib. 1. de Divin. Qui semitam non sapiunt, alteri monstrant viam. ¶ Hujus compolita sunt, Commonstro, Demonstro, & Præmonstro.

Mŏnstrātĭo, monstrationis, f. t. [δεῖξις, ὑποδεῖξις. Gall. *Demonstration, enseignement.* Ital. *Demonstratione, lo insegnare.* Ger. Zeigung/ weisung. Hisp. *Demonstracion, enseñamiento.* Pol. *Pokazanie.* Vng. *Mutatas.* Ang. *Shewing or telling.*] Terentius in Adelph. Defessus sum ambulando, ut Syre te, cum tua Monstratione magnus perdat Iupiter.

Mŏnstrātŏr, oris, m. t. [ὑποδεικτὴς, ὑποδεικτὴρ. Gall. *Monstreur, qui monstre.* Ital. *Monstratore.* Ger. Ein Zeiger. Hisp. *El que demostra, enseñador.* Pol. *Pokazate.* Vng. *Mutato.* Ang. *A shewer or teller.*] Virgil. 1. Georg. Adsis ò Tegææ favens, oleęq; Minerva Inventor, uncig; puer monstrator aratri.

Mŏnstrābĭlis, & hoc monstrabile, om. t. [δεικτὸς, δεικτέος. Gall. *Digne d'estre monstré & connu.* Ital. *Digno di esser monstrato & conosciuto.* Ger. Zeigens wärt/ vermampt. Hisp. *Digno de ser mostrado y conocido.* Pol. *Pokazał.* Vng. *Meg mutathato.* Ang. *Worthie to be shewen.*] Apud Plinium epistola 107: Nescio an notis hominum, quanquam nosse debes: est enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monstrabilis.

Mŏnstrum, monstri, n. f. à monstrando dictum est quòd aliquid significando demonstret, portentum, prodigium, ostentum. [מופת *mophĕth, τέρας.* Gall. *Monstre.* Ital. *Mostro, miracolo.* Ger. Ein wunderding/ ein unnatürlich/ und ungewonlich ding. Hisp. *Milagro.* Pol. *Dziwo, chud.* Vng. *Tsuda.* Ang. *A wonderfull & strange thing against the common course of nature.*] Cicer. 2. de Nat. deor. Monstra, prædictiones, & præsensiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea quæ futura sunt, portendi, prædici? ex quo illa ostenta, monstra, portenta, prodigia dicantur. Virgil. 3. Aeneid. Horrendum & dictu video mirabile monstrum. Idem 2. Aeneid. Et monstrum infœlix sacratis sistimus arce. Virgil. 2. Aeneid. Nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris. Cicer. 5. Verr. Non mihi jam furtum, sed monstrum ac prodigium videbatur. Virgil. etiam Polyphemum unoculum, monstrum horrendum ingens appellavit. Ita fit quicquid est natura deformie: hoc est, præter naturam, monstrum, & res monstrosa est. Terent. in Eunuc. Quid istúc? nam monstri fuit? Donat. Monstrum, est omne contra naturam. Si igitur eunuchus est, & vitiavit virginem, contra rerum naturam factum est. ¶ Quandoque monstrum, τέρας, ponitur pro documento, ut apud Virgil. 3. Aeneid. Monstra deûm refero. ¶ Monstrum ali dicimus, ubi quid occulti vitii latère significamus. Haud scio an inde ducitur metaphora, quòd monstra ob pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Terent. in Andr. Quamobrem? nisi si id est, quod suspicor, Aliquid monstri aluot. Vide latiùs in Adagiis Erasmi. Cornel. Fronto de differ. vocabul. Ostentum, portentum, prodigium & monstrum ita distinguit: Ostentum, inquit, est quod præter consuetudinem offertur, atq; idcircò raritas admirationem facit. Portentum, quòd portò & diutiùs manet, futurumq; postmodum aliquid significat. Prodigium, quod mores faciunt per quod detrimentum expectatur. Monstrum verò quod est contra naturam, ut minotaurus. Hæc Fronto. Sed tamen ab autoribus Latinæ linguæ hæc differentia curiosè observata non est.

Mŏnstrōsus, a, um, Quod monstrum refert, quod est contra naturam. [τερατώδης. Gall. *Monstrueux.* Ital. *Monstruoso.* Ger. Das ein unnatürliche vnnd wunderseltzame gestalt hat. Hisp. *Milagroso.* Pol. *Dziwni.* Vng. *Tsudas.* Ang. *Monstruous, against nature.*] Luc. lib. 1: Monstrosiq; omnium partus. Cic. 2. de Divinatione: Quid minus mirum, quàm illam monstrosissimam bestiã urnam evertisse, sortes dissipavisse?

Mŏnstrōsè, adverbium. Præter naturam. [τερατωδῶς. Gall. *Monstrueusement, contre nature.* Ital. *Monstruosamente, contra natura.* Ger. Vnnatürlich/ Scheutzlichen/ vnnatürlichen. Hisp. *Milagrosamente, contra natura.* Pol. *Dziwnie, przeciw przyrodzeniu.* Vng. *Tsudason.* Ang. *Monstruously, against nature.*] Cicero 2. de Divin. Nihil tam præposterè, tam inconditè, tam monstrosè cogitari potest, &c.

Mŏnstrĭfĕr, ra, rum, adjectivum, Monstrum referens. [τερατώδης. Gall. *Monstrueux.* Ital. *Monstruoso.* Ger. Das ein wunderssame gestalt hat. Hisp. *Milagroso.* Pol. *Dziwnie vrodzony.* Vng. *Tsudalatos.* Ang. *Monstruous or representing a monster.*] Plinius libro 6. capite 30: Animalium hominumq; effigies monstriferas circa extremitates ejus gigni minimè mirum. Lucil. libro 5: mundumq; coërces Monstriferos agit unda sinus. Monstrificabilis, e, idem quod monstrifer. Lucilius: Nunc ignobilitas hic mirum ac monstrificabile.

Mŏnstrĭfĭcus, a, um. Qui monstra dicendo, vel faciendo profert. [τερατώδης. Gall. *Monstrueux.* Ital. *Monstruoso.* Ger. Das wunderseltzam ding macht. Hisp. *Milagroso.* Pol. *Dziwi stwiaci.* Vng. *Tsudas.* Ang. *Monstruous.*] Plinius lib. 21. cap. 5: Inventa in his & ratio inferendi, monstrificis hominum ingeniis. Idem lib. 6. cap. 15: Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluvio magis monstrificum.

Mŏnstrĭfĭcè, adverb. [τερατώδως. Gall. *Monstrueusement.* Ital. *Monstruosamente.* Germ. Wunderseltzamlich/ scheutzlichen. Hisp. *Milagrosamente.* Pol. *Dziwnie.* Vng. *Tsudalatosan.* Ang. *Monstrously.*] Plinius libro 28. capite 11: Equarum virus à coitu in lychnis accensum, Anaxilaus prodidit, equinorum capitum visus repræsentare monstrificè.

Mŏntānus. Montigena, Montivagus, Montosus. Vide MONS.

Mŏnŭmĕntum, ti, n. f. vel etiam monimentum per i, dicitur quicquid nos monet, ut tituli, sepulchra, statuæ, fana, porticus, carmina, historiæ, documenta, præceptiones, sapientum monita, libri, & cætera ejusmodi. [אלבה *mattsebah* זכרון *zichcharon. μνημεῖον, μνῆμα.* Gal. *Memoire, monument, souuenance.* Ital. *Memoria, monumento.* Ger. Ein gedechtnuß/etwas das vns eines vergangenen dings erinneret/ ein Gedechtnuß. Bel. Een gedachteniſſe. Hisp. *Memoria, à recordacion, amonestamiento.* Pol. *Pamiątka, przysługa, przysługa.* Vng. *Emlekezetŏ epp mulet.* Ang. *A monument, or remembrance of any thing done.*] Cicer. ad Cæsarem: Sed ego quæ monumenti ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debere posteritatis, quàm ad præsentis temporis gratiam. Ovidius 13. Metamorph. At puto, funetibus dotabere regia virgo, Condeturq; tuum monumentis corpus avitis. Cicero 1. Tuscul. Quid testamentorum diligentia? quid ipsa sepulcrorum monumenta? quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Florent. Iureconsl. monumentum. ff. de Relig. & sumpt. funerum: Monumentum generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita. tum generaliter est res memoriæ causa in posterum prodita. in quam si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum: si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum: quod Græci κενοτάφια appellant. Varro lib. 5. de lingua Latina: Monumenta à monendo, quæ sunt in sepulcris. Et ideo secundum viam, quò prætereuntes admoneant & se fuisse, & illos esse mortales. Ab eo cætera quoq; scripta ac facta memoriæ causa Monumenta dicta. Hactenus Varro. Rerum gestarum monumenta, sunt historiæ, vel annales, quæ virorum fortium memoriam ab interitu vindicant, quæq; posteros admonent, ut illorum exemplo, pericula omnia pro patria intrepidè subeant. Cicero 1. de Orat. Rerum gestarum monumenta, & vetustatis exempla oratori nota esse debent. Idem 2. de Finib. Vt enim nos ex annalium monumẽtis testes excitamus eos, quorũ omnis vita consumpta est in laboribus gloriosis.

glorioſis. ¶ Monumentum etiam dicitur pignus, aut res aliqua, memoriæ cauſa apud aliquem relicta. Græci μνημόσυνον vocant. Virg. 5. Aeneid. -quem candida Dido Eſſe ſui dederat monumentum & pignus amoris. ¶ Monumentum etiam dicitur pro munere & dono, quòd ea memoriæ eorum, qui acceperunt, inhæreant. Perſius Satyr. 3: -neq; invideas Et piper & pernæ, Marſi monumenta clientis.

Mŏrā, f. p. Expectatio, temporis dilatio, cũctatio. [עִקָּבָה *hikkebáh.* Διάτριψις, Διατριβή, μέλλησις. Gall. *Demeure, retardement, delay.* Ital. *Indugio, dimora.* Ger. Ein verzug oder verhinderũg. Bel. Een vertreck/ behinderinge. Hiſp. *La tardança ò detenimiento.* Pol. *Przedłużenie.* Vng. *Késedelem, varakodás.* Ang. *Tarying, ſtay or delay.*] Plaut. Cui mora ſemper obfuit, diligentia profuit. Cic. 6. Philip. Itaq; bellum nefarium illatum Reipublicę quum viderem, nullam moram interponendam inſequendi Antonium putavi. Terent. And. Nec mora ulla eſt quin eam uxorem ducam. Virgil. 3. Aeneid. Hic tibi æquora moræ fuerint diſpendia tanti. Idem 3. Aeglog. -in me mora non erit ulla. Terent. Andr. Sed ſequere me intro, ne in mora illi ſis.

Mŏrŭla, æ, Diminutivũ à mora. Διατριβή. Aug. lib. 11. Conf. Quæro quoniam dies dicitur non tantùm morula Solis ſuper terram, ſecundum quod aliud eſt dies, aliud nox.

Mŏrāmĕntum, ti, n. ſ. Mora. [עִקָּבָה *hikkebáh.* μόνωσις. Gall. *Demeure, retardement, delay.* Ital. *Dimora.* Germ. Ein verhinderung. Hiſp. *Tardança.* Pol. *Zabawienie.* Vng. *Késedelmeſſég.* Ang. *Tarying, ſtay or delay.*] Apul. in Floridis: Hiſce igitur moramentis omnibus, qui volunt equitare, ad vectorem ſibimet equum deligunt.

Mŏrātŏr, verbale, m. ſ. Retardator, cunctator. [מְעַקֵּב *mehakkéb* מְחַתְּחַלְמֵאָה *mathmalmêah.* μελλονικὸς, ὀκνηρός. Gall. *Retardeur, delayeur.* Ital. *Dimoratore, tardatore.* Ger. Ein verhinderer. Hiſp. *Tardador.* Pol. *Zabawca.* Vng. *Kéſő, mulato.* Ang. *A taryer, delayer or ſtayer.*] Livius 2. ab Vrb. Quatuorq; Tribunorum adverſus unum moratorem publici cõmodi auxilio delectum COSS. habent.

Mŏrātōrĭus, a, um, adjectivum. [ὀκνηρός. Gall. *Choſe pour retarder.* Ital. *Coſa da tardare.* Ger. Das den verzug thũt. Hiſp. *Coſa para tardar à otra.* Pol. *Zabawny.* Vng. *Késleltető, mulattato.* Ang. *A thing for to tary vpon.*] Paulus Iureconſul. Quo minus prædium jure pignoris diſtrahatur, oblata moratoria cautio non admittitur. Hoc eſt, cautio quæ datur ut quis differat & expectet.

Mora vaticana, κωμῳδούμενον. A' Romanis vocatum fuiſſe tibi fructum, autor eſt Dioſc. lib. 4. cap. 35.

Moralis. Moratus. Vide MOS.

Mŏrbŭs. bi, m. ſ. Aegritudo corporis, vel mala affectio contra naturam, quæ uſum ejus faciat deteriorem. [חֳלִי מַחֲלָה *cholí machaláh.* νόσος, νόσημα. Gall. *Maladie.* Ital. *Morbo, male.* Ger. Ein kranckheit/ſucht. Bel. Een ſiechte. Hiſp. *Dolencia, enfermedad, mal.* Pol. *Choroba, niemoc.* Vng. *Betegség, nyaualia.* Ang. *Sickneſſe, diſeaſe or ſore.*] Apud Iureconſultos ſcriptum eſt, Morbum & Vitium inter ſe differre, id quod Ciceronis loco oſtenditur lib. 4. Tuſcul. Morbum eſſe totius corporis corruptionem, veluti febris eſt: Aegrotationẽ, morbum cum imbecillitate. Vitium quum partes corporis inter ſe diſſideat. Ex quo pravitas mẽbrorum, diſtortio, deformitas. Cicer. Attic. lib. 11: Tulliæ meæ morbus, & imbecillitas corporis me exanimat. Idem 1. in Catil. Vt homines ægri morbo gravi, quum æſtu, febriq; jactantur. Idem 2. Offic. Quapropter in adeundis periculis cõſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leviter ægrotantes, leviter curant: gravioribus aũt morbis periculoſas curationes, & ancipites adhibere coguntur. Virg. 3. Georg. -omniaq; in ſe Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Galenus in tractatu de differentiis morborũ: Morbus (inquit) eſt affectus cõtra naturam, primò vitians actionem. Quare quum actio vitiata nõ fuerit, morbi nomen non mereatur. Evenit autem tripliciter, ut actio impediatur. Aut enim id contingit ex primarum qualitatum intemperie, ut ex partium immoderatione, aut ex ſolutione unitatis. ¶ Dicuntur tamẽ etiam morbi in animo vitia inveterata & corroborata uſu: ut eſt avaritia, ambitio. Cic. 4. Tuſc. Quomodo aũt in corpore eſt morbus, ægrotatio, & vitium: ſic in animo. Declama. in Cic. Graviter, & iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, ſi te ſcirẽ judicio magis, quàm morbo animi, petulantia iſta uti. Et dicimus, Affici gravi morbo, Laborare morbo, Convaleſcere ex morbo, &c.

Mŏrbĭdŭs, da, dum. Quod eſt morbo infectum, ægrotum, infirmum. [חוֹלֶה דַּוַּי *dawwái, cholé*, νοσερὸς, ἐπίνοσος, νοσηρὸς, νοσώδης. Gall. *Malade, maladif, malſein.* Ital. *Morbato, infirmato.* Ger. Siechi kranck. Hiſp. *Doliente ò enfermo.* Pol. *Chori.* Vng. *Betegeſ.* Ang. *Sicke, ſore.*] Plin. li. 8. cap. 26: Atq; ita profluvio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat. Lucret. lib. 6: -languens quem contulit agricolarum Copia, conveniens ex omni morbida parte. Varro 3. de Re ruſtic. cap. 16: Aut quum ſunt apes morbidæ propter primores vernos paſtus. Morbida vis, quæ morbum affert. Lucret. lib. 6: unde repentè Mortiferam poſſit cladem cõflare coorta Morbida vis hominum generi, pecudũq; catervis. Expediam. Idem: -fit morbidus aër.

Mŏrbĭfĭcus, a, um, Quod morbum infert. [מַחֲלִיא *machlíe.* νοσοποιὸς. Gall. *Qui porte maladie.* Ital. *Che apporta morbo.* Ger. Das kranckheit bringt/ vngeſundt. Hiſp. *Coſa que haze ò trae dolencia.* Pol. *Chorobe czyniący.* Vng. *Betegség hozó.* Ang. *That cauſeth ſickneſſe.*]

Mŏrbōſŭs, a, um, Obnoxius morbo, qui & valetudinarius dicitur. [חוֹלֶה *cholé* דַּוַּי *dawwái.* νοσερὸς. Gall. *Malſain.* Ital. *Malſano.* Ger. Kranck/ der vil kranck wird. Hiſp. *Doliente ò enfermo, ò de mucha dolencia.* Pol. *Chorobam podlegáiący.* Vng. *Betegeſkedő.* Ang. *Sick or ſickelie.*] Cato de Re ruſt. cap. 2: Ferramenta vetera, ſervum ſenem, ſervum morboſum, & ſi quid aliud ſuperſit, vendat.

Mŏrdĕo, des, momordi, & olim morſi, morſum, act. ſ. Dentibus lædo. [נָשַׁךְ *naſchách.* δάκνω. Gall. *Mordre.* Ital. *Mordere.* Ger. Beiſſen. Bel. Eeten. Hiſ. *Morder, mordiſcar.* Pol. *Kąſać.* Vng. *Meg marom, harapom.* Ang. *To bite.*] Lucan. lib. 3: Exhibuit primus chalybem, frænoſq; momordit. Plautus in Trinummo: Ni fugiſſem (inquit) medium, credo, præmorſiſſet. Ovid. 15. Metam. -manuq; Pabula decerpſi, decerptaq; dente momordi. Cic. pro Roſc. Amer. Latrant & mordent canes. ¶ Translatè lædere & obtrectare ſignificat. Terent. in Eunuch. -invidere omnes mihi, Mordere clanculum: ego non flocci pendere. ¶ Item pũgere, ſive dolore afficere. Cic. ad Attic. lib. 13: Valde me momorderũt epiſtolæ tuæ de Attica noſtra. ¶ Compoſita ſunt Admordeo, Cõmordeo, Demordeo, Immordeo, Obmordeo, Præmordeo, Remordeo: de quibus vide ſuis locis.

Mŏrſŭs, a, um, participium, [נָשׁוּךְ *naſchúch.* δεδηγμένος. Gall. *Qui eſt mors.* Ital. *Morſo, morſicato.* Ger. Gebiſſen. Hiſp. *Mordido.* Pol. Vkąſzony. Vng. *Meg maratot.* Ang. *Bitten.*] Plin. li. 26. cap. 5: Datur morſus à cane rabioſo, ne rabidi fiant.

Mŏrſŭs, us, nomen, m. q. Propriè dicitur actus mordẽdi. [נְשִׁיכָה *niſchéch.* δῆγμα. Gall. *Morſure.* Ital. *Morſo, morditura.* Ger. Ein biß. Bel. Eenen beet. Hiſp. *Bocado ò mordedura.* Pol. Vkąſzenie. Vng. *Meres, harapas.* Ang. *A bite.*] Cic. de Divin. lib. 2: Quid ariſtolochia ad morſus ſerpentum poſſit, &c. Idem de Fato: Philoctetes ulceratus ſerpentis morſu. Catull. lib. 1. Epigr. Atq; acres ſolet incitare morſus. ¶ Accipitur etiam Morſus pro dolore & ægritudine. Cic. 3. Tuſcul. Itaq; & dolor corporis, cujus eſt morſus acerrimus, perferetur ſpe propoſita boni. ¶ Nonnunquam etiam pro detractione. Horat. lib. 1. Epiſt. 14. 38.

Non iſtic obliquo oculo mea commoda quiſquam
Limat, non odio obſcuro, morſuq; venenat.

Mŏrſĭūncŭlă, æ, f. p. diminutivum, Parvus morſus. [δηγμάτιον. Gall. *Petite morſure.* Ital. *Piccola morditura.* Ger. Ein biſſlin. Hiſp. *Pequeña mordedura.* Pol. *Kąſek, vkąs.* Vng. *Kis meres, ſſipas.* Ang. *A little bitte.*] Plaut. in Mil.

Compreſſiones arctæ amantium comparet,
Teneris labellis molles morſiunculæ.

Mŏrdāx, cis, om. t. Qui mordet, qui aliis detrahit. [δακνηρὸς. Gall. *Mordant, poignant.* Ital. *Mordace, mordatore.* Ger. Beiſſig: item, ein nachredner: hinderſticher. Bel. Botachtich. Hiſp. *Coſa que morde: maldizy.* Pol. *Kąſaci.* Vng. *Maro harapo.* Ang. *That byteth: that ſtingeth with teth or wordes.*] Plin. lib. 16. cap. 24: Mordacia ſunt quibuſdam folia, ut urticis. Plautus in Trucul. Nunc tibi jam, amabò, janua eſt mordax mea quò introire Meniæ, mea voluptas? Mordax folium: hoc eſt, pungens, & tactum vel guſtum feriens.

Mŏrdācĭtās, f. t. [τὸ δακνηρὸν, ἡ δακνηρὰ διάθεσις. Gal. *Aſpreté mordante.* Ital. *Mordacita.* Ger. Beiſſung oder ſtechung etlicher trauben: ſo brennen. Hiſp. *Aquella obra de morder ò maldezir.* Pol. *Kąſanie.* Vng. *Maroſág, ſſipoſág.* Ang. *A biting, ſharpeneſſe of worde.*] Plinius libro 21. capite 16. Iis enim omnibus foliis ineſt aculeata mordacitas.

Mŏrdĭcĭbŭs, pro morſibus, δήγμασι. Plaut. in Aulul. Aſini me mordicibus ſcindant.

Mŏrdĭcŭs, pen. cor. adverbium, Mordendo. [ἰδικῶς, δακνηρῶς. Gall. *Auec les dents, en mordant.* Ital. *Co denti.* Ger. Mit beiſſen. Bel. Bytende. Hiſp. *A bocados.* Pol. Zkąſaniem. Vng. *Harapua.* Ang. *By byting, by the teeth.*] Plaut. in Curc. Manum arripuit mordicùs. Idem Menæch. Oportebat jam naſum ademptum mordicùs. ¶ Aliquando ſignificat arctè, & quaſi morſu ac dente. Sueton. in Cæſ. Elata læva, ne libelli, quos tenebat, madefierent, paladamentum mordicùs trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis. ¶ Mordicùs tenere per translationem, pro ſumma pertinacia tueri. Cic. 4. de Finib. Quum id fugiunt, re eadem defendunt, quæ Peripatetici, verba tenent mordicùs.

Mordĭco, cas, pen. cor. Dolorem affero, perinde acũ morſu lederem. δάκνω.

Mŏrſĭtātim, Mordendo. [ἰδικῶς, δακνηρῶς. Gall. *En mordant.* Ital. & Hiſp. *Mordendo.* Ger. Mit beiſſen. Pol. Kąſąc. Vng. *Haraputa.* Ang. *By byting.*] Varro: Sicut pupilli incedunt, & in labellis morſicatim luſitant. Ex Nonio.

Mŏrĕtum.

Mŏrĕtum,ti,pen.prod.n.f. [μυρεῖον. Gall *Certain gallimaufry, tarte or mortrew faite de farine, laict, vin, fromage & d'herbes.* Ital. *Torta di farina, latte, vino, formaggio, & altri sorte d' herbe.* Ger. Ein flatzken so auß Mehl / Wein / Käß vnd etlichen Kreutern gemacht wirt. Hisp. *El empedrado ò salsa semejante.* Pol. *Placek, polewka, sera a winogrona.* Vng. *Retes, ackit sük, süte szerböl szemek.* Ang. *A kinde of cake made of meale, wine, cheese and herbes.*] Genus tibi ex lacte, vino, caseo, & herbis confectum, quale describitur à Virgilio in eo opusculo cui titulus est Moretum. Ovid. 4. Fast. Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum In dominæ mensa? an sua causa subest? Lacte, mero veteres usi narrantur, & herbis Spontè sua si quas terra ferebat, ait, Candidus elixæ miscetur caseus herbæ, Cognoscat priscos ut dea prisca cibos. Dictum autem est Moretum (ut non obscurè significat Virgilius loco jam indicato) à verbo Græco μορέω, quod inter cætera significat abrado. Tum demum digitis mortaria tota duobus Circuit, inq; globum distantia contrahit unum, Confitit ut effecti species nomenq; moreti.

Morganitica, Lex apud Mediolanenses, quæ alibi Salica dicitur. Extat tit. in Placitis Feud. De filii natis ex matrimonio ad Morganit. contract. Illustris interpres à Tautenberg, nactus quendam vetustissimum codicem, testatur in eo, pro voce Morganitica, scriptum Morgingabicum: quod vocabulum videtur ex idiomate nostro confectum. Nam Morgin/nostrate lingua, *mane*, sive *matutinum* sonat, & *gab*, *donum* significat. Morgingabicum igitur quasi donum matutinum interpretari licebit, qua donationem propter nuptias significari solitam, idem nobilissimus interpres putat. [Ger. Morgengab.]

Morŏnes. [μωρολόγοι. Ger. Narren.] Stulti, Principum deliciæ. Mart. lib. 8. Morio dictus erat, viginti millibus emi.

Morion, Lapidis pretiosi nomen. Plin. lib. 37. cap. 10: Morium Indica quę nigerrimo colore translucet, vocatus Pramnium: in qua inficitur & carbunculi color, Alexandrinum: ubi Sardæ, Cyprium.

Mormȳrā, Piscis est marinus, variis coloribus pictus, cujus meminit Ovidius in Halieut. referente Plin. lib. 32. cap. ult.

Mŏrochthŭs, μοροχθός, Lapis est in Ægypto nascens, quem nonnulli à lacteo colore Galaxiam, & Leucographia appellant. Utuntur eo linteariorum officinę ad candorem vestium, propterea quòd mollis sit, & facillimè diluatur. Autor Dioscor. lib. 5.

Mŏrŏr, Vide MORS.

Mŏrŏr, ris, prior correpta, d. p. Expecto, operior. [קוה *hitlimahmiah* קוה *kavah.* ἀπεκδέχομαι. Gall. *Attendre, demeurer, tarder, attendre.* Ital. *Aspettare, indugiare.* Ger. Bertarten, *dauren, ansehen, attendren.* Hisp. *Esperar* ó *que ha de venir, tardar.* Ang. *To tarie, to abyde.*] Leutulus Senatui, inter epistolas Ciceronis: Diutiùs morari, aut expectare præsidium, non necesse habui. ¶ Aliquando etiam accipitur pro Curo vel laboro. Plaut. in Aulul. - pallas purpuram Nihil moror, quę in servitutem sumptibus redigunt viros. Idem: Nihil moror illas magnas dotes dapsiles: hoc est, nihil curo, nihil facio, οὐ τοῦτο μέλει μοι. ¶ Sæpissimè etiam Morari, est detinere, remorare. [עקב *lakkab.* ἀνέχειν, κατέχειν.] Quintilianus in Mathematico: Quid me adhuc pater retines? Quid moraris abeuntem? Plautus in Epid. Nihil ego te moror. Item Morari, manere. μένειν. Cæsar bell. Gall. lib. 2: Itaq; paulisper apud oppidum morati, agrosq; Rhemorũ depopulati, &c. ¶ Item hęrere, dubitare Virg. 2. Aeneid. Quid vę moror, si omnes uno ordine habetis Achivos. Et in his omnibus significationibus habet primã correptam. ¶ Morari verò prima producta, apud Suetonium pro Insanire, desipere: [כסל *chasal* מוהר *mimhar.* μωραίνειν. Gall. *Folastrer.* Ital. *Impazzire.* Ger. Basinnig sein. Hisp. *Hazer locuras.* Pol. *Szaleć.* Vng. *Bolondoskodni.* Ang. *To playe the fole.*] quod ostendit Suetonius: solitum inquiens esse dicere Neronem, Desiisse Claudium inter homines morari: nam Græci μωραίνειν, stultum vocant & fatuũ. Videbatur dicere, Claudium desiisse manere & vivere inter homines: quum intelligi vellet, eum desiisse per mortem delirare & desipere, qui vivus delinaverat.

Mŏrans, antis, participiũ: Virg. 4. Georg. - nanq; morantes Martius ille æris rauci canor increpat. Vbi Servius: Morantes: id est, tardè incedentes. ¶ Composita à Moro, sunt Commoror, Demoror, Immoror, & Remoror: de quibus suis locis.

Mōrus. [פוֹת *shetil* חול *holel.* μωρός. Gall. *Fol.* Ital. *Stolto.* Ger. Ein Narriter. Hisp. *Loco, bovo.* Pol. Głupi. Vng. *Bolond.* Ang. *A fole.*] Græca dictione appellatur, qui Latinè stultus. Plautus in Trinum. Amor mores hominum moros, & morosos effecit. ¶ A' quo Morari verbum prima longa. Vide paulò antè in verbo MOROR.

Mōrŏlŏgŭs, gi, Stulta & inepta loquens. [μωρολόγος. Gall. *Qui parle follement, & sottement.* Ital. *Cherazione pazzie.* Ger. Der vil tatichtes geschwetz oder narren tädung treibt. Hisp. *El que habla bovedades.* Pol. Głupi mowca. Vng. *Bolondságot beszélő.* Ang. *That speaketh foolishlie.*] ¶ Vnde & sermones hujusmodi Morologiæ, μωρολογίαι, dicuntur: qui & periphrasticè Morologi sermones appellantur à Plauto in Pseudolo: Nec molestum esse, nec sermonibus morologis. μωρὸς enim fluxus, λόγος sermo. Plautus in Pers. Morologus tio. Hoc est, sermone stulto uti incipio.

Morosus, Vide MOS.

Morŏtis. & Morosis, μωρότης, Memoriæ vitiũ, & insania, quotiescunque ex somnifico gravamine resipiscentia non datur ad mentem. Hæc enim non modò memoriam, sed usum quoque rationis intercipit.

Mŏrphnus, μορφνός. Aquilæ genus, circa paludes & lacus vitam præcipuè agens: ab Homero Percnos, ab aliis etiam Plancus & Anataria appellatur. Vide Plin. li. 10. cap. 3. ubi sex aquilarum genera enumerat. Melænaëton, Pyrgagon, Morphnon, Percnopteron, Gnesion, & Halyæeton, &c.

Mors, tis, f. t. τὸ μορτ, & φοχὴ ἀψύχου: hoc est, animæ & corporis dissolutio, Lethum, interitus, obitus. [מות *máveth* θάνατος, μόρος. Gall. מות *temuthah.* τὸ χρεών, πρεπουσα τελευτή. *La mort.* Ital. *La morte.* Ger. Der tod. Bel Die doot. Hisp. *La muerte.* Pol. *Smierć.* Vng. *Halal.* Ang. *Death.*] Cic. 1. Tusc. Sunte. Pol. *smierć.* Vng. *Halal.* Ang. *Death.*] Cic. 1. Tusc. Sunt quidem qui discessum animi à corpore putent esse mortem. Ibidem: A' malis igitur mors abducit, non à bonis. Mors (inquit Seneca) est naturę lex, tributum, officiumq; mortalium, malorumq; omnium remedium. Hæc à veteribus dea credita est, Noctis, & Erebi filia, quæ in mortales omnes vitæ necisq; haberet potestatem. Statius: In scopulis mors sæva sedet. Cic. 1. Tusculan. Mors non est interitus, omnia tollens, atq; delens: sed quædam quasi migratio, commutatioq; vitæ: quæ in clarorum virũ, & fœminis dux in cœlum solet esse. Horat. 1. Epist. 17: Orcus ultima linea rerũ est. Virgil. 2. Aen. - crudelis ubiq; Luctus, ubiq; pavor, & plurima mortis imago. Ovid. 14. Metam. At verò fuga vos ab acerba morte reduxit. ¶ Accipitur quãdoq; Mors pro aliarum rerum interitu, etiam inanimatarum. Plin. lib. 14. cap. 22: Hinc rerum omnium oblivio, mortisq; mediæ. ¶ Legitur etiam nonnunquam in numero plurali Mortes. Cicero. de Finibus: Præclarè mortes sunt imperatoriæ. Plin. lib. 13. cap. 21. Qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortesq; miseras. Quintil. Declam. 2: Contra verbera, & experimenta telorum, mortium pertulêre patientiam.

Mŏrĭor, eris, & iris. Obeo, intereo, excedo, decedo, è vita migro, vitam cum morte commuto: nũc tertii, olim etiam quarti ordinis. [מות *moth* גוע *ghavah.* ἀποθνήσκω, τὸ πλῆν, τελευτάω. Gall. *Mourir.* Ital. *Morire.* Ger. Sterben. Bel Sterven. Hisp. *Morir.* Pol. *Umierám.* Vng. *Meghalok.* Ang. *To die.*] Ovid. lib. 4: Met. At strepitum mortemq; timent, cupiduq; mori. Plaut. Rud. - acta hæc res est, certum est mori, quam hunc pati Lenonem in me grassari. August. li. 13. de Civit. Dei: Non importunè, neq; incongruè arbitror dicere, etsi non humana induxerunt, neq; incongruè arbitror dicere, etsi non humana inductum, judicio fortasse divino, ut hoc verbum quod est Moristria, judicio fortasse divino, ut hoc verbum quod est Moritur, in Latina lingua nec Grammatici declinare potuerint ea regula, qua cætera talia declinantur. Nanque ab eo quod est Oritur, fit verbum præteriti temporis Ortus est: & siqua similia sunt, quæ per præteriti temporis participia declinantur: ab eo verò quod est moritur, si quæramus præteriti temporis verbum, responderi solet, Mortuus est, u, litera geminata. Sic enim dicitur mortuus, quo modo Fatuus, Arduus, Conspicuus, & siqua similia, quæ non sunt præteriti temporis, sed quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud verò, quoniam nomina sunt, sine tempore declinantur. Illud verò, quod declinari non potest, pro participio præteriti temporis ponitur nomen. Convenienter ergo facti est, ut quemadmodum id quod significat, non potest agendo, ita ipsum verbum non posset loquendo declinari. Horat. 3. Carm. Ode 2. Dulce, & decorum est pro patria mori. Mors & fugacem persequitur virũ. Nec parcit imbellis juventæ Poplitibus, timidoq; tergo. Virg. 4. Aeneid. Quin morere ut merita es, ferroq; averte dolorem. Idem 3. Aeneid. O' felix una ante alias Priameia virgo, Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori. ¶ Moriar, jurandi verbum, quemadmodum Dispeream. Cicer. ad Attic. lib. 8: Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. ¶ Composita hujus verbi sunt, Commorior, Demorior, Emorior, Immorior, Intermorior, & Præmorior: de quibus suis locis.

Mŏrĭbŭndŭs, Moriens, morti vicinus. [ממת *mith* לגוע *gharvah.* μελλοθάνατος, ἐπιθανάτιος. Gall. *Qui se va mourant, qui sen meurt.* Ital. *Morendo, che va morendo.* Ger. Sterbend. Hisp. *Moriendo, è del todo muerto.* Pol. *Smiercy blisko.* Vng. *Halalabéz közel való.* Ang. *Dying, readie to die.*] Liv. 6. bell. Pun. Atque ita gladio quem vestę texerat, per adversum pectus transfixus, ante pedes Imperatoris moribũdus procubuit.

Mŏrtālis, le. Qui morti subjectus est: cujus contrarium est Immortalis. ἀθάνατος. [θνητὸς. Gall. *Mortel.* Ital. *Mortale.* Ger. Sterblich/sterbuch. Bel. Stervlyck. Hisp. *Mortal* ó *que puede morir.* Pol. *Smiertelni.*

Smiertelni. Vng. *Halando.* Ang. *Subiect to death, mortal.*] Quint. lib. 5. cap. 12: In clarissimum solem mortale lumen inferre. Cic. 3. de Natura deorum: Mortale igitur omne animal, & dissolubile, & dividuum sit necesse est. Horat. 2. Serm. Satyr. 6: -terrestria quando Mortales animas vivunt sortita.

Mŏrtālĭŏr, comparat. Plin. lib. 34. cap. 14: Eademq; providentia nihil in rebus mortalius faciente, quàm quod infestissimum mortalitati.

Mŏrtālis, substantivum, Pro homine. [*ὁ βροτὸς, ὁ θνητὸς ἄνθρωπος.*] Gal. *Homme mortel.* Ital. *Huomo mortale.* Ger. Ein Mensch so sterblich vnd hinfellig ist. Hisp. *Hombre mortal.* Pol. *Cżłowiek śmiertelny.* Vng. *Halando ember.* Ang. *A mortall man.*] Plin. lib. 12. cap. 17: Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarumq; aviditas. Cicer. 7. Verr. Nam istum paucis horis primæ actionis omnium mortalium sententiis condemnavi. Ovid. 2. Metam. Inde deos hominesq; voco, nec contingit ullum Vox mea mortalem.

Mŏrtālĭtās, atis, Ft. Immortalitati contraria. [*τὸ θνητὸν.* Gall. *Mortalité, ce qui est subiect à mort.* Ital. *Mortalità.* Ger. Tödtigkeit/ sterbligkeit. Bel. Sterfelycheyt. Hisp. *Mortalidad ò condicion de morir.* Pol. *Smiertelność.* Vng. *Halandosag.* Ang. *Mortalitie.*] Cicero 1. de Natura deorum: Aut non omne quod ortum sit, mortalitas consequatur. ¶ Mortalitas, etiam pro hominibus mortalibus. Plin. lib. 2. cap. 76: Mortalitas ipsa invenit sibi medium quiddam. Idem li. 7. cap. 40: Vana mortalitas, & ad circumscribendum seipsam ingeniosa.

Mŏrtĭfĕr, sive mortiferus, a, um, penult. corr. Lethifer, lethale, quod mortem affert. [*θανατηφόρος.*] Gal. *Mortel, qui fait mourir.* Ital. *Mortifero.* Ger. Das den Tod bringt/ tödtlich. Hisp. *Cosa matadera ò que traha muerte.* Pol. *Smiercią przynoszący.* Vng. *Halalos, halal hozo.* Ang. *Deadlie, that causeth death.*] Col. lib. 7: Est etiam mortiferus serpentis ictus. Plin. lib. 10. cap. 50: Pullis anserum urtica mortifera contactu. Cicero 1. Tuscul. Et quum penè in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verùm in cœlum videretur ascendere. Virgil. 6. Aeneid. mortiferumq; adverso in limine bellum. Celsus lib. 5. cap. 16: Nam musculus percussus mortiferus est, præcisus sanitatem recipit.

Mŏrtŭālĕ, Quod ad mortuos pertinet. [*νεκρικὸν.* Gall. *Mortuaire.* Ital. *Che appartiene à morto.* Ger. Das zu den todten gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à mortuorio.* Pol. *Smiertelnich mi ąsue.* Vng. *Halottokhoz valo.* Ang. *That belongeth to the death.*] Plaut. in Asin. Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia. ¶ Vnde emortualis dies, in quo quis est mortuus: sicut Natalis, in quo quis natus est. Idem: Certum est enim hunc emortualem facere ex natali die.

Mŏrtŭŏsŭs, a, um, pen. prod. Quod est exangue, corruptum, & sponte sua mortuum. [*νεκρὸν ἀπὸ θανάτου.*] Gall. *Qui est mort de sy mesmes, & qui n'a point esté tué.* Ital. *Morto da sè.* Ger. Das von ihm selbs gestorben ist/ todter schelm. Hisp. *Muerto de su voluntad.* Pol. *Zdechły, ślabżd woli swoiey.* Vng. *Dögzel holt.* Ang. *That is dead by the self.*] Vnde Morticinam carnem dicimus animalium, quæ non sunt mactata, sed per se mortua. Plinius: Sola hæc avis in eo genere morticinam carnem non attingit. Varr. 2. de Re rust. capite 9: Morticinæ ovis non patiuntur vesci carne.

Mŏrtĭcĭnus, Clavi dicuntur pedum, quòd velut morticina caro sit, quam Græci *ἀνεσιμαῖον* vocant. *ονος.* Plin. lib. 22. cap. 23: Clavis pedum, qui vulgò *morticini* appellantur, *&c.*

Morsĭcātim. Morsiuncula. Morsus. Vide MORDEO.

Mortārium, In quo res, quæ resolvendæ sunt, pistillo contusæ teruntur. [*מדוכה medhochah, γόμφος, ὄλμος, τρύβλιον.*] Gall. *Vn mortier.* Ital. *Mortaio.* Ger. Ein Mörsel. Bel. Eenen Mortier. Hisp. *El mortero para majar.* Pol. *Moździerz.* Vng. *Mosar.* Ang. *A mortar.*] Plautus in Aul. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, Quæ utenda vasa semper vicini rogant. Lapis mortariorum, *γόμφος*, ex quo mortaria confici solent. Plinius lib. 36. cap. 22: Autonibus curæ fuêre lapides mortariorum quoque, nec medicinalium tantùm, aut ad pigmenta pertinentium. ¶ Hujus diminutivum est Mortariolum, *γομφίδιον.* Hieronymus in Numeris: Ponent cum eo thuribula, mortariola, cyathos & crateres ad vina fundenda. ¶ Est & mortarium locus, & susceptaculum, in quo calx, sive intrita subigitur, servatúrve, quæ loca etiam hodie vulgò *Mortaria* appellantur. Budæus: Mortarium locus est ubi arenatum tutro subigitur. Vitruvius lib. 7. cap. 3: Græcorum verò tectores non his rationibus solùm utendo faciunt opera firma, sed etiam mortario collocato, calce & arena ibi confusa, decuria hominum inducta, ligneis vectibus pinsant materiam, ut rita ad certamen subacta tunc utantur.

Mŏrtĭcĭnus. Mortifer. Mortualis. Vide MORS.

Mōrus, ri, f. f. Arbor, [*συκῆ, συκομωρία.*] Gall. *Vn meurier.* Ital. *Moro albero.* Ger. Ein Maulberbaum. Bel. Een Moerbesseboom. Hisp. *El moral arbor.* Pol. *Morwowe drzewo.* Vng. *Szedrfa.* An. *A mulberry tree.*] Morum, fructus, *συκόμωρον*, à mora: id est, tarditate, ut quidam putant: nam postrema omnium arborum morus floret: propter quod prudentissima arbor dicitur: quia lædi se à frigore non sustineq;, nisi planè frigore peracto germen emittit: sed quum cœpit, in tantum universa germinare erúpit, ut una nocte peragat, etiã cũ strepitu. Sunt tamen qui à Græco id nominis derivent: *μωρὸς* enim nigrum dicitur. Plin. lib. 16. cap. 44: In hoc arborem mori eximiam ætate nostra admavit Pisienus. ¶ Mora quoq; in rubis sunt, sed multum ab his differentia. Columel. lib. 3. de pruno: Morum ab Idibus Februariis usq; in æquinoctium vernale rectè seres.

Morus Pyramea, arbor sub qua occubuerũt Pyramus & Thysbe. Fabula est apud Ovid. lib. 4. Metam.

Mŏs, moris, m. t. Est vitæ institutum consuetudine firmatum. [דרך *dérech.* *ἦθος, ἔθος.*] Gall. *Maniere, coustume, facon de faire.* Ital. *Costume, vsanza.* Ger. Sitten/ Brauch/ Gewonheit. Bel. Manieren. Hisp. *Costumbre.* Pol. Zwyczay, Nałog. Vng. *Szokas, erkölts.* Ang. *A maner or fashion, a custome.*] Varr. ait: Morem esse institutum animi, quod sequi debeat consuetudo. Cic. pro Cluent. Nam mos, consuetudoq; servata. Cicero de Clar. Orat. Mos est hominum, ut nolint eundem pluribus in rebus excellere. Virgil. 1. Aeneid. Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. Idem 4. Aeneid. Nõ licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ. ¶ Interdum sumitur pro consuetudine approbata, quæ habetur pro lege. Cicero 1. Offic. Quæ more aguntur, institutisq; civilibus. Idem contra Rullum: Est hoc in more positum, institutoq; majorum. ¶ Mores plurali numero, *ἔθη*, consuetudo cuipiam familiaris, & in habitum recepta, à qua bene vel malè morati dicimur. Est enim vocabulum medium, quod tàm in bonã quàm in malam partem accipitur. Plautus in Trinum. Nam hic nimium morbus mores invasit bonos. Ita plerunq; omnes jam sunt intermortui. Sed dum illi ægrotant, interim mores mali, Quasi herba imgua, successerunt uberrimè. ¶ Mores graviores, item mores majores, conjugum vitia & minus honestas actiones levi vocabulo & honesto Iureconsulti vocant. Vlpian. cap. Institut. & Mores graviores sunt adulteria tantũ: leviores omnes reliqui. Maritus propter majores mores præsentẽ dotem reddit, propter minores senum mensium die. ¶ Mores cœli. Plin. lib. 14. cap. 1: Succiq; tantùm gratia ex his pluribus modis ad cœli mores soliq; ingenia. Virg. 1. Georg. -varium cœli perdiscere morem. ¶ Transferre ad morem. Cicero in Orat. Græcorum prudentiam posse ad nostrũ morem, usumq; trãsferri. ¶ Hinc fit Moratus, Moralis, Morigeratus, & quod hodie in usu non est, Moscŭlus diminutivum, quod apud Catonem legimus.

Mōrātŭs, m. f. Nomen est, non participium, à nomine Mor, dicturq; utplurimũ de eo qui bonis laudatisq; moribus est præditus. [*ἠθικὸς, εὐήθης.*] Gall. *Morigené, appris, & accoustumé.* Ital. *Costumato.* Ger. Wolgebördet/ der guter Sitten vnd Gebärden ist: *sitem, vbergebördet.* Hisp. *Bien accostumbrado.* Pol. *Obyczainy.* Vng. *Io erkölsü.* Ang. *That hath good or bodily maners.*] Plautus in Aulul. Dum mihi morata veniat, dotata est satis. Cicer. 2. Tuscul. Quotus enim quisq; philosophorum invenitur, qui sit ita moratus, ita animo ac vita constituta, ut ratio postulat? Idem de Clar. Quæq; erant propria cùm præstantis viri in Republ. tum bene moratæ & bene constitutæ civitatis. ¶ In malam partem usus est Plautus in Trucul. Novi ego hominũ mores. Ita nunc adolescentes morati sunt. Item Terent. in Hecyr. Sed quid mulieris uxorem habes, aut quibus moratam moribus?

Mōrālĭs, Ad mores pertinens. [*ἠθικὸς.*] Gall. *Moral, appartenant aux mœurs.* Ital. *Morale, che s'appartiene à costumi.* Ger. Das zu Sitten vnd der Zucht gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à costumbres.* Pol. *Do obyczaiow przynależący.* Vng. *Zokashoz, erkölcshöz valo.* Ang. *Belonging to manners.*] Cicer. de Fato: Quia pertinet ad mores, quos *ἤθη* Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare Moralem, explicandaq; vis est, ratioq; enunciationum, quæ Græci *ἀξιωματικὰς* vocant.

Mōrālĭtās. [*ἠθικότης.* Vn. *Io erkolcsisbóg, erkolcsisbség.*] Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 5: Sunt præterea stylo dicendi duo, disparilitate diversi.

Mŏrĭgĕrŏr, aris, d. p. Morem gero, obsequor, & quasi ad alterius voluntatem mores transformo. [*שׁמע shamah, πειθαρχῶ, ὑπηκόως ἔχω.*] Gall. *Faire au gré d'autruy, obeir.* Ital. *Compiacere.* Ger. Gehorsam seyn/ nutzerig seyn. Bel. Gehoorsam zyn. Hisp. *Obedescer, complazer.* Pol. *Być vślużnym.* Vng. *Zot fogadok, engedek.* Ang. *To obey, to be at commandement.*] Cic. in Orat. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio. Terent. in Adelph. Si adolescẽti esses morigeratus. Plaut. Morigero, dixit, in Amph. Volo deludi illum dum cum hac usuraria Vxore nunc mihi morigero. ¶ Inde Morigeratio, *ὑπηκοΐα*, & Morigerè, *πειθηνίως*, adverb.

Mŏrĭgĕrŭs, a, um, pen. cor. Obediens, obsequens, morẽ gerens.

[illegible]

ישמח שמחות, מחלה. Gall. *Obeissant, qui fait au gré d'autrui.* Ital. *Obediente.* Ger. *Gehorsam, willfertig.* Hisp. *Cosa obediente à otra cosa.* Pol. *Posłuszni.* Vng. *Szeroga, engedelmes.* Ang. *Obedient, pliant, readie to do as one wolde.*] Plaut. in Cas. Vt tibi morigerus hodie! ut voluptati fuit? Terent. in Andr. Sive hæc te solum semper fecit maxime, Seu tibi morigera fuit in rebus omnib.

Mōrōsŭs, a, um, Curiosus, diligens q̄s. qui nimis exactè omnia fieri expetit. [משה *kasiśih, ὀνειδιστικός, ὀνειδιστικῶς, ἀνεπιδέκτως.* Gall. *Rebarbatif, difficile à servir, malaisé à contenter.* Ital. *Difficile à contentar, fastidioso.* Ger. *Zuvergesüchtig, mühseelig, vngeschaffen.* Hisp. *Intractable, desamorado.* Pol. *Obrzydzony, dymak.* Vng. *Nehez kedvetlen, az kinek kedvet nem lelik, erköltsbe.* Ang. *Wayward, froward, diuers to please.*] Morosus (inquit Porphyr.) is est qui multorum morum inter se contrariorum est. Vide Senectus morosa. Est enim hoc senum præcipuum vitium, ut difficilibus & fastidiosis sint moribus. Cicer. lib. 1. de Orat. Vsque adeò morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes. Suetonius de Cæs. Circa corporis curam morosior, ut non solùm tonderetur diligenter, sed etiam vellere-tur. Idem de Senect. At sunt morosi, & anxii & iracundi, & difficiles senes: si quærimus, etiam avari: sed hæc morum vitia sunt, non senectutis.

Mōrōsē, adverbium, [*Δυσκόλως, δυσχερῶς.* Gall. *Chagrinement, fâcheusement, difficilement.* Ital. *Con difficultà, noia & fastidio.* Ger. *Zuvergesselschaftlich, vngeschlachtlich.* Hisp. *Intractablemente y desamoradamente.* Pol. *Skrzywnie.* Vng. *Kedvetlenül, erköltsösen.* Ang. *Waywardly, frowardly.*] Plin. lib. 18. cap. 13: Terram non morosè eligit, penè ubi nihil aliud seri possit. Cicer. de Clar. Orat. M. Piso iracundiùs respuebat ineptias hominum, sive morosè, ut putabatur, sive ingenuo liberoq; fastidio.

Mōrōsĭtās, atis, f. t. Morum gravitas, & difficultas, quum nulla res satisfacere alicui potest. [קשי *kośhi. τὸ δυσκόλως.* Gall. *Quand aucun n'a difficile à servir ou contenter.* Ital. *Difficultà di servire ad alcuno.* Ger. *Eigensinnigkeit, vngeschlachte der Sitten, da einem nichts gut genug ist.* Hisp. *A quella intractabilidad y desamor.* Pol. *Skrzywność, trudne obrażenie.* Vng. *Kedvetlenség.* Ang. *Waywardnesse, frowardnesse, diuersnesse to please.*] Cicer. de Senect. At morositas tamen & ea quæ dixi, vitiâ, habent aliquid excusationis.

Mōrōsĭs, *μώρωσις, ἡ μωρία.* Vitium principalis animæ facultatis, non modò memoriâm, verumetiam usum rationis immutans, vox Græca.

Mŏschăta. Moschomyra, Moscholeta, unguentorum nomina & composita apud Paulum Aëtium.

Mŏschătŭlă, *Pars moschatella.* Pol. *Muszkatowe ziele.* Vn. *Muskotaly.*] Pyra quædam dicuntur, teste Sipontino, quę odorem moschi referunt. ¶ Est autem moschus animalculũ similitudine muris, binos in superiore mandibula dentes habens, & totidem in inferiori, eosq; ad interiora recurvos, in cujus corpore juxta umbilicum apostema sanguinolentum nascitur, quod unà cum pelle excisum siccatumq;, præstantissimum spirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibisq; & medicinis & unguentis passim adhibetur. Hunc etiam odorem ab animalis nomine *Moschum* vocant Arabes. [Pol. *Pyrna.* Vn. *Pesma.*] Veteribus enim creditur fuisse incognitus. Hinc itaque pyri quoddam genus Moschatulum dicitur, quod ad hunc odorem proximè accedat. ¶ Alio nomine Superba pyra dicti sunt, quòd celeritate quadam matureſcendi principatum inter pyra videantur velle obtinere. Vox minimè Latina, sed quæ autoris ingenium elegans redolebat, qui excoluit.

Mŏschĕrŭōn, *μόσχος ῥόδον*, Rosę genus, è caule malvaceo fusum, folia habens oleacea. Vide Plin. lib. 2. cap. 4.

Mŏtăcillă, f. p. Avis semper movẽs caudã, vulgò *Cauda tremula* dicitur. [*σεισόπυγις.* Gall. *Vn oiseau qui remue toujours la queue.* Ital. *Spazza coda.* Ger. *Ein Wasserstelz.* Hisp. *La pez pital, ó agua-cuenca, ave nota.* Pol. *Pliszka.* Vng. *Barazda billegető, leanka madar.* Ang. *A wag tayle or water swallow.*] Autor Varro 4. de lingua Latina.

Mŏtĭbĭlĭs, Motus, Vide MOVEO.

Mŏvĕo, ēs, movi, motum, act. f. Removeo, dimoveo, in alium locum mitto, dejicio, depello. [הביץ *heniah* סלק *silleḱ* הביד *heidiḥ, κινεῖν.* Gall. *Mouuoir, remuer.* Ital. *Mouere.* Ger. & Bel. *Bewegen.* Hisp. *Mouer.* Pol. *Poruszam.* Vng. *Mozgatom, mozditom.* Ang. *To moue, to put or cume out of one place to another.*] Cæs. 3. bel. Gall. Postero die castra ex eo loco movent. Cicer. lib. 3. Offic. Quid ergo? nonne nocet, qui quodam quasi veneno perficiat, ut veros hæredes moveat, in eorum locum succedat? ¶ Movere animum, est inducere, allicere. Virgil. lib. 3. Georg. Non umbræ alorum nemorum, non mollia possunt Prata movere animum. Servius: Movere animum, in sui desiderium illicere. ¶ Movere pro discedere, quod militare verbũ est: est enim movere castra, quæ est locutio rerum scriptoribus crebrò usitata. Cicer. ad Attic. lib. 9: Hæc autem scribebam pridie Non. xiiii. die postquam ille Canusio moverat. ¶ Movere loco, Cicero ad Quint. Frat. lib. 2: Exarsit dolor, urgere illi, ut loco nos moverent. ¶ Movere ex opinione. Cic. 3. de Natur. deor. Nec me ex ea opinione, quàm à majoribus accepi de cultu deorum immortalium, ullius unquam oratio aut docti, aut indocti movebit. ¶ Movere Senatu, vel de Senatu. Cicer. pro Cluent. Vt alter de Senatu movere velit, alter retineat. Liv. 9. bel. Maced. Septem moverunt Senatu. ¶ Sic moveri statu. Livius lib. 10. belli Punici. ¶ Movere alvum, vel ventrem. hoc est, ciere alvum. Cato de Re rust. cap. 115: Vinum ad alvum movendam. Martialis lib. 11: Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo. ¶ Arma movere. Plinius: Scribonius arma Illyrico contra Claudium moverat. Virg. 12. Aeneid. Tum demum movet arma leo. ¶ Bellum movere. Liv 8. ab urbe: Quia toties jam Sidicini, aut ipsi moverant bellum, aut moventibus auxilium tulerant. ¶ Movere risum, pro excitare. Horatius 1. Epistol. 3: Ne si fortè suas repetitum venerit olim Grex avium plumas, moveat cornicula risum Furtivis nudata coloribus. ¶ Signa movere, Se accingere, in hostem impetum facturum, quod bellè Virgil. à re militari transtulit, 3. Georg. Signa movet, præceps q̄; oblitum fertur in hostem. ¶ Movere stomachũ alicui, pro irritare. Cicero ad Attic. lib. 6: In quo tamen ille mihi risum magis quàm stomachum movere solet. ¶ Movere tragœdias, significat verbis rem atrocem, & indignam efficere, quale est opus tragicorum, de rebus atrocibus semper, mœstisq; loquentium. Sicut econtrariò, Comœdias agere, pro ridiculè ac dicaciter loqui. Quintil. lib. 6. cap. 1: Nam in parvis litibus movere tragœdias tale est, quale si personam Herculis, & cothurnos aptare infantibus velis. ¶ Movet me, Papinius de Cõdic. fuit. l. Parvi refert. Nec me movet præsens homo fuerit nẽne. ¶ Moventur res magnæ: hoc est, commoventur, excitantur. Cicer. ad Quint. Fratr. lib. 7. Epistol. Itaque magnæ mihi res moveri videbantur. ¶ Aliquando invenitur movere positum pro moveri. Gellius lib. 4. cap. 6. Vt terram movisse nuntiari solet, eaq; res procuratur: ita in veteribus memoriæ scriptum legimus, nunciatum esse Senatui, in sacrario, in regia hasta Martias movisse; hoc est, motas esse. Bud. Similiter & participium Movens passivè ponitur. Dicuntur enim à Cicerone res moventes pro mobilibus, quæ scilicet moveantur: quanquam moventes res eæ propriè dicuntur, quæ moventur per se: mobiles autem quæ alunde & extrinsecus. ¶ Compositæ hujus verbi sunt, Amoveo, Admoveo, cui opponuntur Commoveo, Dimoveo, Emoveo, Permoveo, Demoveo, Removeo, Semoveo, Summoveo. De quibus vide suis locis.

Mōtŭs, a, um, particip. Commotus, excitatus. [עש *ghabásch* מתן עש *mathghabásch, κινητὸς.* Gall. *Meu, esmeu, remuë.* Ital. *Mosso.* Ger. *Beweget.* Hisp. *Mouido.* Pol. *Poruszony.* Vng. *Fel inditatatott.* Ang. *Moued, stirred.*] Virgil 1. Aeneid. Sed motos præstat cõponere fluctus. Liv. 4. bel. Maced. Nullis minis, nullis terroribus se motos, speraret satis opis & auxilii sibi in Romanis esse.

Mōtŭs, us, m. g. Ipsa motio: [מכד *mendih* כידה *nidhdah* אסלה *nidhdah, μετάθεσις, κίνησις.* Gall. *Mouuement, remuëment, esmeute.* Ital. *Moto, mutatione, sito.* Ger. *Bewegung.* Bel. *Een beweginge.* Hisp. *La mouida, mouimiento.* Pol. *Poruszenie.* Vng. *Mozgas, indulat.* Ang. *A mouing, a stirring.*] Cic. de Amicit. Quibus rebus ad illum primum motum animi, & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardescit benevolentiæ magnitudo. Ovid. Epist. 18: Sæpè per assiduos languẽs mea brachia motus. Hor. 3. Carm. Ode 6: Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo. ¶ Motus pro cõmotione, sive perturbatione. Cic pro Flac. Videtis quo in motu temporũ, quanta in conversione rerum ac perturbatione versemur. Idem pro domo sua: Magnificentissimus ille totius Italiæ motus, municipiorumq; concursus. ¶ Motus, pro causa. Plin. Epist. 4. lib 3: Audisti consilii mei motus.

Mōtŭs, verbale, f. t. Motus. [מכד *mendih* כידה *nidhdah* אסלה *nidhdah, μετάθεσις, κίνησις.* Gal. *Mouuement, remuëment.* Ital. *Moto, mutatione.* Ger. *Bewegung.* Hisp. *Mouida.* Pol. *Poruszenie.* Vng. *Mozgas.* Ang. *A mouing, a stirring.*] Cic. 2. de Natura deorum: In corporum etiam motione, atq; gestu multò cernunt subtilius.

Mōtŏr, oris, verb. m. t. [סלק *silleḱ* הביד *heidiḥ, μετάθεσις, κίνησις.* Gall. *Remueur.* Ital. *Motore.* Germ. *Bewegen.* Hisp. *Mouedor.* Pol. *Poruszyciel.* Vng. *Mozgato.* Ang. *A mouer, stirrer.*] Mart. lib. 11: Cunarum fueras motor Charidemi mearum, Et pueri custos, assiduusq; comes.

Mōto, tas, Frequentativum à Moveo. [*σείω, σείω.* Gall. *Remuer souuent.* Ital. *Mouere spesso.* Ger. *Oft oder hefftig bewegen.* Hisp. *Mouer muchas vezes.* Pol. *Vilewnie poruszam.* Vng. *Mozgatom.* Ang. *To moue often.*] Virg. l. 5. Aegloga: Sive sub inceitas Zephyris motantibus umbras. Idem Aeglog. 6: Tum verò in numerum Faunosq; ferasq; videres Ludere: tum rigidas motare cacumina quercus. Plautus in Amphit. Neque se luna quoquam motat, stataq; uti exorta est semel.

Mōtŭānrŭr, pro Mõtantur, dixit Plautus in Truculen. Næ ut in æstu motuantur iræ.

Mŏbĭlĭs,

Möbĭlis,le,om.t. Qui facilè movetur, instabilis, varius, inconstans. [*Κινητὸς.* Gall. *Meuble, mobile, inconstant.* Ital. *Mobile, volubile.* Ger. Beweglich. Hisp. *Cosa mudable ò mueble.* Pol. *Ruchawi.* Vng. *Mozgo, allhatatlan.* Ang. *That is eesilie moued, inconstant.*] Plin. li. 11. cap. 37: Supercilia hominũ & pariter & alternè mobilia. Horat. 2 Serm. Satyr. 3: in amore hæc sunt mala, bellum, Pax rursum: hæc siquis tempestatis propè ritũ Mobilia, & cæca fluitantia sorte, laboret Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si Insanire petat certa ratione modoq;. ¶ Mobili animo esse: hoc est, levi, & inconstanti. Qu. Metel. ad Cic. lib. 5: Etiam mobili in me meoq; esse animo, non sperabã. ¶ Quorum contraria sunt, Immobilis, *ἀκίνητος*: & Immobilitas, *ἀκινησία*.

Möbĭlĭtās, ātis, f. t. [*Εὐκινησία.* Gall. *Habilité à se mouuoir, viteſſe.* Ital. *Agilità & leggierezza.* Ger. Beweglichkeit. Hisp. *La habilidad para se mouer.* Pol. *Ruchomość.* Vng. *Mozgas.* Ang. *Moueablenesse, or habilitie in mouing.*] Virg. 4. Aeneid. Fama malũ, quo non aliud velocius ullum, Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo. Cic. 2. de Nat. deor. Necesse est quod animal in eo gignatur, idem quoq; sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse. ¶ Mobilitas etiam pro inconstantia & levitate accipitur. Cic. 7. Philip. Quid est enim inconstantia, mobilitate, levitate, cum singulis hominibus, tum verò universo Senatu turpius?

Möbĭlĭtĕr, adverbium, Celeriter. [*Εὐκινήτως.* Gall. *Legerement, en se mouuant.* Ital. *Con agilità.* Ger. Beweglicher weiß / mit bewegen. Hisp. *Mouible y mudablemente.* Pol. *Ruchomie.* Vng. *Gierſön.* Ang. *Speedilie, hastilie.*] Cic. 2. de Nat. deor. Animadversumq; sæpè est, cor animantis alicujus evulsum, ita mobiliter palpitare, ut imitaretur igneam celeritatem.

Möbĭlĭto, as, are, act. p. [*Κινήσεως ποιῶ.* Gall. *Remouuoir, faire mobile.* Ital. *Far mobile.* Ger. Beweglich machen. Hisp. *Hazer mouible.* Pol. *Poruszam.* Vng. *Mozgatom.* Ang. *To make mouable.*] Lucret. lib. 3: Inde calor motus, & venti cæca potestas Accipit: inde aër, inde omnia mobilitantur.

Mox, adverbium, significat Statim: [עוֹד עַתָּה *pithaòm* עוֹד *pethah. ἐξάπινα, παραυτίκα, ἐξαίφνης.* Gall. *Tout incontinent, tantoſt apres.* Ital. *Tosto, incontanente, preſto.* Ger. Bald. Bel Zerſtort. Hisp. *Luego ò subito.* Pol. *Wnet, zaraz.* Vng. *Mayd.* Ang. *Anon, by and by.*] Terentius in Andr. Mox ego huc revertar. ¶ Significat etiã Paulò pòst, vel postea. Cicero lib. 1. de Orat. Verùm illa mox: nunc de ipsa exercitatione quid sedtias quærimus. ¶ Mox pro deinde. Plinius lib. 12. cap. 12: In nostro orbe proximè laudatur Syriacum nardum, Mox Gallicum, tertio loco Creticum. ¶ Quàm mox. Terent. in Phormione: Dum expecto quàm mox veniat.

M ante V.

MV. In notis antiquorum, Mutius. MV.F. Mutii filius. MVL. mensibus sex. MVL.B. mulier bona. MVL.M. mulier mala. MVL.P. mulier pessima. MVN.R. muneribilis. MVN. municipium, vel municeps.

Mu particula terrorem significans. Plaut. in Cæco: Quis tu es qui ducis me? mu, peri hercle, Afer est. ¶ Hinc mu facere pro mutire. Lucilius satyrarum libro: Non laudare hominẽ quenquam, neq; mu facere unquam. Idem mut facere, quo usus est Apuleius Platonicus. Dicitur autẽ proverbialiter de illis, qui præ nimia timiditate ne mutire quidem audent. Varro lib. 6. de lingua Lat. & citat Sospater: Mu, *ἐπιφώ*, canũ est, unde dicuntur mutire, ut *χοιρ* porcorum: unde grunnire.

Mūcŏr, oris, m. t. Lanugo, quæ diutino situ cõtrahitur, quemadmodum in pane, carne, altisq; hujusmodi fieri videmus. [*μύκης, λύπη.* Gall. *Moiſiſſure.* Ital. *Muffa.* Ger. Schimmel / ist dz gram worden vñ dchtig dung. Hisp. *El moho.* Pol. *Pleśń.* Vng. *Penész.* Ang. *Mould ineſſe, mouldineſſe, fuzzineſſe.*] Colum. li. 12. cap. 4: Ne situ pecora mucorem contrahant.

Mūcĭdŭs, a, um, pen. corr. Quod mucorem ex vetustate contraxit. [מַקֵּאָה *mkkaòth. μύχωδες, λιπῶδες.* Gall. *Moiſi.* Ital. *Muffo.* Ger. Schimmlig / gram von schimmel. Bel. Verschimmelt. Hisp. *Mohoso ò mohoſo.* Pol. *Zpleśniały.* Vng. *Penészes.* Ang. *Mouldy.*] Iuven. Satyr. 14: neque enim omnia tuffiunet unquam Mucida cærulei panis consumere frusta. Martial. lib. 8: Argenti furiosa sui quum flemmata narrat Gerrulus, & verbis mucida vina facit.

Mūcōsŭs, a, um, adjectivum, Significat id quod mucore obductum est. Inde per metaphoram mucosi naris dicuntur homines stulti & imprudentes, quemadmodum è contrario prudentes emunctæ. Cornutus in Persium.

Mūcĕo, ces, mucui, Mucidus fumã quo Mucesco, n. t. mucidus fio, mucorem contraho. [עִבֵּשׁ *habaśsh. σήπομαι.* Gall. *Se moiſir, eſtre en decomis ou biſe.* Ital. *Muffarſi, eſſer muſſo.* Ger. Schimmig oder gram werden. Bel. Schimmelachtich worden. Hisp. *Enmohecerſe.* Pol. *Pleśnieie.* Vng. *Penészes vagiok.* Ang. *To waxe hoare and mouldie.*] Plin. lib. 18: Iterumq; exportigi in sole super linteа: quod nisi festinatò peragatur, humido colore mucescere. Cato de re rustica: Vini singulæ urnæ dabuntur, quod neq; acescat, neq; mucescat.

Mūcro, cronis, m. t. Propriè cuspis, & acumẽ ensis, ac telorum. [חֶרֶב *chaddòdh. ἀκμὴ, αἰχμὴ.* Gall. *La pointe, ou le bout aigu de quelque choſe que ce ſoit* Ital. *Punta di arma aguzza ſpada.* Ger. Ein spitz / besonder an einem jettlichen Gewehr. Hisp. *La punta de qualquier cosa aguda, eſpada.* Pol. *Szpica, konieć ostrzu.* Vng. *Az fegyvernek ẽż hegye is ele.* Ang. *The point or edge of a ſword or knife.*] Martial. lib. 4: Tabuit in calido vulnere mucro tener. Apul. Circulatorem aspexi equestrem spatham præacutam infesto mucrone devoraſſe. Seneca ad Lucil. Gladium bonum dices, nõ cui deauratus est balteus, nec cui vaginа gemmis distinguuntur, sed cui ad secandum subtilis est acies, & mucro munimenti omne rupturus. ¶ Figuratè pro ense, sicut Tectum pro domo. [חֶרֶב *chèreb.*] Ovid. lib. 1. Metamorph. jugulum mucrone resolvit. ¶ Accipitur etiam Mucro, pro summo cujusvis rei acumine. Vndè apud Plinium, herbarum, dentium, unguium mucrones dicuntur: ut lib. 8. cap. 15: Mirum, pardos, panthéras, leones, & similia, condito in corporis vagina unguium mucronẽ, ne refringantur, hebetenturq;, ingredi. Mucronem Tribunitium exacuere, apud Cic. 3. de Leg. Quis (*in-pit*) unquam tam audax, tam inimicus nobis fuisset, ut cogitarit unquam de statu nostro labefactando, nisi mucronem aliquem Tribunitium exacuisset in nos?

Mūcrōnātŭs, a, um, Quod est acutum & ad mucronis speciem formatum. [חַד *chadh. ὀξύς.* Gall. *Pointu, aigu.* Ital. *Aguzzo.* Ger. Gespitzet. Hisp. *Cosa de punta aguda.* Pol. *Szpiczasti koniczki.* Vng. *Hegyes.* Ang. *That is pointed and sharpe.*] Plin. lib. 32. cap. 2: Trebius Niger autor est xiphiam: id est, gladium, rostro mucronato esse, à quo naves perfossæ mergantur in Oceano.

Mucŭla, Persarum lingua appellatur gemma, cordis colorem habens: unde & Telicardios appellatur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Mūcŭs, ci, m. t. Natium humiditas, & crassior pituita. [*μύξα, σφέλεγμα.* Gal. *Morue ou morueau de nez.* Ital. *Mocco.* Ger. Ein naselocher schnudertengel. Bel. Snot Hisp. *El moco, humor de la nariz.* Pol. *Smarki.* Vng. *Takony, penisz.* Ang. *Snotnell, the filth of the nose.*] Catullus: Mucus nasi, & mala pituita nasi.

Mūcōsŭs, a, um, muco plenus, [*μυξώδες, πλεγματῶδες, πλεγματῶν μεστόν.* Gal. *Morueux.* Ital. *Muſſoſo, moccoſo.* Ger. Schnudertig / schnudertig. Hisp. *Moloſo ò mocoſo.* Pol. *Smarkati.* Vng. *Takonyos.* Ang. *Filthie nosed, snottie.*] Colum. lib. 6. cap. 7: Sequitur tormonum vitium, quorum signum est cruenta & mucosa ventris pituita. Cornutus in Persium à mucore, mucosum deduci. Vide suprà in Mucor.

Mūgil, mugilis, & Mugilis in nominativo, penultima correpta, m. t. [Ger. Ein Meerfisch.] Genus piscis capitosi: unde etiam à Græcis *κεφαλὸς* appellatur. Hic omnium piscium squamis intectorum velocissimus est, teste Aeliano lib. 12. cap. 13. adeò ut reti implicitus, in sublime sese ejaculetur, retiaq; quantumvis alta transiliens, spem piscatoris eludat. Plin. lib. 9. cap. 17: Mugilum natura ridetur, in ea: etiu capite absconditio, ceteros se occultari credentium.

Mugĭnŏr, ātus, pen. corr. d. p. Murmuro est, interprete Nonio. [לָחַשׁ *nirghàn* הָמָה *hellin. γογγύζω.* Gall. *Murmurer.* Ital. *Mormorare.* Ger. Murmlen. Hisp. *Murmurar.* Pol. *Mruczę.* Vng. *Zúgolódom.* Ang. *To murmure.*] Lucilius: Muginamur, molimur, subducimur. Festus nugari interpretatur, & tardè conari. Cic. Attic. lib. 16: De Ocellã dum tu muginaris, nec mihi quicquam inscribis, cepi consilium domesticum.

Mūgĭo, mugis, mugivi, vel mugii, itum, n. q. Boo. [גָּעָה *gaàh. μυκάομαι, μουγέω, μυγμάω.* Gall. *Mugler, hurler.* Ital. *Mugghiare.* Ger. Wenn ein Ochs brüllet wie ein Rind. Bel. Loeyen. Hisp. *Bramar como buey, bramir.* Pol. *Ryczę, bekę.* Vng. *Hangok.* Ang. *To bellowe, as oxen.*] Festus verbum à voce boum. Autor ad Heren. lib. 1: Vagire, mugire, murmurare, sibilare. ¶ Per translationem accipitur pro gravitèr sonare. Lactantius lib. 7: Cur emicent fulgura, curinimica tua mugiant? ¶ Hujus composita sunt, Admugio, Emugio, Immugio, Remugio. De quibus vide suis locis.

Mūgītŭs, penul. prod. m. q. Boatus. [*μύκημα, μύκησις.* Gall. *Bruslement, le cri d'vn bœuf, vache ou taureau.* Ital. *Muggito di boue.* Ger. Das tõren oder Rindgeschrey. Hisp. *Bramamiento, ò bramar como buey.* Pol. *Ryk.* Vng. *Bögrés.* Ang. *A bellowing, a roaring.*] Ipsa boum vox. Liv. 1. ab Vrbe: Inde quum aliæ boves quædam ad desiderium, ut fit, relictarum mugissent. Virgil. 2. Georg. Mugitusq; boum. ¶ Per translationem etiam Mugitus dicitur quivis sonitus. Vnde Mugitus nemorum. Plin. lib. 18. cap. 35: Equidem & montium sonitus, nemorumq; mugitus prædicunt.

Mula, Mularis, Vide MVLVS.

Mulcĕo, ces, si, sum, & ctum, act. f. Lenire, mollire, blandiri, mitigare, dulcem facere, delectare. [הִתְחַנֵּק *hechelik* הָרַךְ *harak* הִמְתִּיק *himtik* עִנָּה *pittàh. ἡμερόω, ἡμερίζω, ἥδομαι.* Gall. *Adoucir, appaiſer, alicher, amadouer.* Ital. *Mitigare, intenerire, addolcire.* Ger. Streichten / begütigen / versönen / sänfftigen. Bel. Ernsten / versoenen / versachten / vlijen. Hisp. *Mitigar, halagar.* Pol. *Oſłabiam, vdobruchcziwam.* Vng. *Megenyhitem, edegytem, ékeſgetem.*

Ang.

Ang. *To pacifie, to assuage.*] Priscianus: Mulceo, mulsi, mulsum, & multo, unde Cicero in contentione Metelli: Permulsa, atq; decerata. Varro in Sat. Capite permulso. Salust. li. 4. Hist. Dein lenita jam ira postera die liberalibus verbis permulcti sunt. Ovid. 4. Trist. Eleg. 1: Pastor arundineo carmine mulcet oves. Virgil. 1. Aeneid.: & dictis mœrentia pectora mulcet. Cervix mulcetur dextra, Cicero in Arato. Virgil. 7. Aeneid. Aethera mulcebant cantu. Auræ mulcent florem, Catullus in Carm. nupt. Virgil. 1. Aeneid. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. ¶ Hujus composita sunt, Demulceo, Permulceo, *κηλέω, ἐκκηλέω, ἐξημερόω, ἡμερόω*. placo, mollio, lib. 3. ad Herenn. ¶ Nam laudamus arteriæ, si antè, quàm vox bene permulsa est, acri labore compelletur: id est, mollificata. Gell. lib. 2: Nihil adeò in congrediendis hostibus, atq; in principiis præliorum ad salutem virtutemq; aptius rati, quàm si permulcti soni mitioribus, non immodicè ferocirent.

Mŭlcēdo, inis, f.t. Permulsio, blandimentum. [חלקה *chelkáh.* *θέλγητρον.* Gall. *Adoucissement, alechement.* Ital. *Mitigatione, esse intenerire.* Ger. Sänfftigung. Hisp. *Halago.* Pol. *Vgłaskanie, zdobycenie.* Vn. *Tabyeltes enyhites.* An. *A mitigating assuaging.*] Gell. lib. 19. cap. 9: Quæ nullas voluptates, nullamq; mulcedinem Veneris, neq; Musæ haberet.

Mŭlcĕŏ. Vide MVLTA, æ.

Mulctra, Mulctrale, Vide MVLGEO.

Mulgĕo, ges, mulsi, vel xi, sum, & mulctum, act. f. l. ac è mammis exprimo. [מחמאה *mamáh* חתיך *hittich.* *ἀμέλγω.* Gall. *Traire le lait d'une mammelle.* Ital. *Mungere, cauare il latte.* Ger. & Bel. Melcken. Hisp. *Ordennar à ciuspar.* Pol. *Doic.* Vng. *Fejek.* An. *To milk, to strike.*] Priscian. Mulgeo quoq; mulsi facit, quanvis differentiæ causa quidã mulxi protulerũt: quia Mulceo quoq; mulsi facit. Virg. 3. Georg. Quod surgente die mulsere, horis q; diurnis, Nocte premũt. Virg. 3. Aeglog. Hic alienus oves custos bis mulget in hora. ¶ Mulgere hircos, proverbiũ de re palàm absurda. Virg. 3. Aeglog. Qui Bavium non odit, amet tua carmina Mævi, Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos. ¶ Hujus composita sunt Emulgeo, & Immulgeo, de quibus suis locis.

Mungo, mungis, xi, ctum, act. t. quasi mucum ago, Mucum è naribus educo. [מכך matzáh. μύσσω. Gall. *Moucher.* Ital. *Moccare.* Ger. Die naſen putzen. Bel. Schnuwen. Hisp. *Limpiar las moços.* Pol. *Nos wycyerać.* Vng. *Ki ſzivam ki fuvom.* Ang. *To ſnuff, a candle, to make cleane or nipis the noſe.*] Id enim Mungere est, quũ è naribus mucus trahitur. Vnde Emungo fit, ἀπομύσσω, de quo suprà. Invenitur etiã Mungor deponens. Cato de liberis educandis: Neq; mungetur libertatem.

Munĭceps, Vide MVNVS.

Mūnĭo, nis, nivi, vel munii, nitum, act. q. Significat Fulcio, vallo, circundo, defendo. [בצר batzár חזק chazák בצן ghanán. ἐχυρόω, τειχίζω, ἀσφαλίζω, κτίζω. Gall. *Fortifier, munir, garnir.* Ital. *Fortificare, guarnire.* Ger. Bewaren/ befeſtigen. Hisp. *Fortaleſcer, à guarneſcer.* Pol. *Obronna warnie.* Vng. *Meg erõſitem kõrnyul vczem.* Ang. *To fence to fortifie, to make ſtrong.*] Plaut. in Milit. Magnum illic honorem incipis, si magna munis mœnia. Idem in Persa: Vt munitum muro tibi visum est oppidum? P. Si incolæ bene sunt morati, pulchrè munitum arbitror. Columella: Quantumq; res patietur à frigore & tẽpestatibus muniemus. Plautus in Mil. Tibi muni viam qua cibatus commeatusq; ad te & legiones tuas tutò possit pervenire. ¶ Munire viam, substernere & sternere sive facere, idq; interdum lapidibus quales sunt viæ Romanæ à plerisq; portis, in multorum dierum iter stratæ. Cicero pro Mil. Idcone Appius ille Cæcus viam munivit, non qua populus uteretur, sed in qua sui posteri impunè latrocinarentur? ¶ Et per translationem pro præparare, & aditum sibi quodammodo patefacere. ἀσφαλίζω. Cic. 1. Tusc. Abiit ad deos Hercules: nunquam abisset, nisi quum inter homines esset, eam sibi viam munisset. Sic dicimus Munire ripam, Munire alveum, Munire aditum, quum illa vel reficimus, vel reparamus.

Mūnĭtĭo, onis, f. t. Munimentum, vallum, agger. [מבצר mibtzár מצור matzór מבורה meburáh מבוצה metzudháh. ἔρυμα, χάραξ. Gall. *Fortification ou forteresſe, munition, defenſe.* Ital. *Munitione, guarnimento.* Ger. Beveſtigung/ Schantz. Hisp. *Fortaleſcimiento ò guarnicion.* Pol. *Obrona.* Vng. *Erõſſ gyarok, ſõlies.* Ang. *A fortifieng, a fort or ſtronge hold.*] Cic. 8. Philip. Antonius Mutinam operibus munitionibusq; sepsit. Idem 3. de Orat. Fons qui totus fluctibus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidũ à mari disjunctus esset.

Mũnĭmẽn, inis, n. t. sive Munimentum, ti, penult. product. n. s. Munio, quæ propriè castrorum est, cæterarumq; rerum, quæ contra adventum hostium muniuntur, sive vallo, sive fossa, sive alio quovis modo, quo hosti aditus præcludatur. [מבצר mibtzár מצור matzór מבורה meburáh מבוצה metzudháh. ἔρυμα, ἀπόφραξις, ἀπόφραγμα, ἐπίτειχισμα, ἀπόκλεισμα, φρούρημα. An. *A fort or ſtrong hold.*] Liv. 1. ab Vrbe: Quirinum quoq; fossam haud parvum munimentum à planioribus aditu locis, Anci regis opus est. ¶ Munimen ad imbres, vel ad æstum: hoc est, quo imbres, vel æstum arcemus. Virg. 2. Georg. hoc effusos munimen ad

imbres. Hoc, ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva.

Mũnis, Vide MVNVS.

Mūnis, eris, n. t. [שוחד schóchâdh אמבחה mimbdh מתנה mattánah מתן mattán מתנת mattánth עני schâi. δῶρον, χάρις. Gall. *Don, preſent.* Ital. *Dono, preſente.* Ger. Ein Gab oder Schanck. Bel. Een Gave. Hisp. *Don ò dadiva, ò beneficio.* Pol. *Dar, podarek.* Vng. *Aiandek.* Ang. *A gift, or preſent.*] Tribus modis dicitur. Primo, pro dono: unde Munera dari, ac mitti dicuntur. Dictum Munus (ut inquit Varro) quòd qui mutuo animo sunt id dant officii gratia. Plautus in Trucul. Melius te munere certare meo, quàm minaciis. Teren. in Eunuch. Munus nostrũ ornato verbis quod potuis. Deinde pro officio sive Munere. [כהמה chobunnáh טקדה pekudáh.] Nam munera publica sine labore, atq; onere exercitari non possunt: unde Immunitas appellatur, & immunis Plin. lib. 16 cap. 4: Vacatio munerum omnium ipsi, patriq; & avo paterno cõcessa. Cicero ad Brutum: Quanquam eam Lamia summo splendore, summa gratia est, magnificentissimo munere Aedilitio, tamen, &c. Liv. 4. bell. Pun. Ita inter se munera belli partiti sunt, ut Epicides præsset custodiæ urbis, Hippocrates, &c. Susceptum Reip. munus explere, Cicero de Provinc. Consular. Munera regis exequi. Idem de Senectute: Masinissa senex omnia regis officia & munera exequitur. Grammatici, oratores, medici & philosophi variationem habent munerum civilium. Hinc municipes dicuntur qui in civitatem recepti, munera cũ civibus sustinent. ¶ Gellius etiam pro privato onere posuit, quum dixit: Adhibendas puero nutrices, ne ad dolores, quos extendo matre tulisse, munus quoque nutricationis grave ac difficile accederet. ¶ Tertiò pro spectaculis, seu ludis, qui à principe populo quasi muneris loco exhibentur. ἀγωνες. Nanq; id genus oblectamenti antiqui *Munera* nominarunt, quòd populus talispectaculo perinde ac munere quodam capiebatur. Suetonius in Cæsare: Bestias quoq; ad munus populi comparatas trucidarant. Martialis lib. 1: Prisca fides taceat: nam post tua mœnera Cæsar, Hæc jam fœminea vidimus acta manu. ¶ *Munus gladiatorium* dicebatur, quum in spectaculis multa gladiatorum paria exhibebantur. Suetonius in Cæsare: Edidit spectacula varii generis, munus gladiatorium, ludos etiam regionatim urbe tota.

Mūnŭscŭlum, li, n. t. diminutivum, Exiguum munus. [τὸ δωρίδιον, μικρὸν δῶρον. Gall. *Vn petit don, vn petit preſent.* Ital. *Piccol dono.* Ger. Ein kleine Schencke oder Gab. Hisp. *Don pequeno.* Pol. *Male's dar.* Vng. *Aiandekotska.* Ang. *A little gift.*] Cicer. 5. Verr. Quam tu totam insulam cuidam tuorum sodalium, sicut aliquod munusculum cõdonaras. Virg. 4. Aeglog. At tibi prima puer nullo munuscula cultu, &c. Catul. Argon. Non ingrata tamen frustra, munuscula divis Promittens.

Mūnĕrārĭus, Qui ludos gladiatorios exhibet populo, unumq; vel plura paria gladiatorum ad spectacula pugnatura producit. ἀγωνοθέτης, ἀλλοθέτης. Suet. in Domit. cap. 10: Patresfamiliãs, quod Thracem mirmilloni parem, munerario impares dixerat, detractum è spectaculis in arenam, canibus objecit. Quint. lib. 8. cap. 3: Munerarium Augustus primus dixit. Qui verò familiam gladiatorum habet, gladiatoresq; domi habuit, ac postea vendit, à lanando dicitur Lanista. Hinc nõnunquam legimus, Lanistas vendidisse gladiatores munerarios.

Mūnĕrārĭus, a, um, Adjectivum. [Vn. *Aiandekes, aiandekre.*] Seneca Quæst. Natur. cap. ult. Iam speculum ornatus rarum causa adhibitum, nulli non vitio munerario, necessarium factum est.

Mūnĕrātĭo, f. t. [δώρησις, δόσις. Vn. *Aiandekozas.*] Vipianus D. lib. 27. Tit. 5. l. 1: Si munus nuptiale matri pupilli misceri non eam pupillo imputaturum Labeo scripsit, nec perquam necessaria est ista muneratio.

Mūnĕrālis, adjectivum, Quod ad munus pertinet. [δωρικὸς, δόσεως. Gall. *Appartenant à don.* Ital. *Pertinente à dono.* Ger. Das zu der Gab gehöret. Hisp. *Cosa pertenesciente à don ò dadiva.* Pol. *Darowny.* Vng. *Aiandekhoz valo.* Ang. *Belonging to a gift.*] Hinc muneralis lex, νόμος δόσεως, qua Cincius cavit, ne cui liceret munus accipere. Plautus: Nec muneralem legem, neq; leonniam togo fuerit nécne, flocci extimo.

Mūnĕro, ras, & Mūnĕror, aris, d. p. Dono, beneficium in aliquem confero. [שוחד schachádh. δωρέομαι. Gall. *Remunerer, faire preſent, donner.* Ital. *Donare, preſtare.* Ger. Begaben/ schencken. Hisp. *Dar don.* Pol. *Podarsk czynic, obdarzac.* Vng. *Meg aiandekozom.* Ang. *To give a gift, to reward, to recompence a good turne.*] Plaut. in Capt. & dii potestatem dabunt, Vt beneficium bene merenti nostro merito muneres, Ter. in Heaut. Nam disciplina vidi eodem munerarier Ancillas primùm, ad dominas qui affectant viam. Cicer. 2. de Invent. Aliud alii commodi aliquo adjuncto incommodo muneratur. Macrob. 1. Satur. cap. 7: Iamq; quum Saturnum classe provectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam juris, ferum illum & rudem ante fugæ cognitas victũ in melius redegisset, regni cum societate muneravit.

neravit. ¶ Munerari, Vlpianus l. 1. D. de vacat. & excusat. pro munus gerere & sustinere posuit: Qui, inquit, in fraudem ordinis, in honoribus gerendis, cùm inter eos ad primos honores ceteri possint, qui in civitate munerabātur, evitandorum maiorum onerum gratia, &c. Hotomanus. ¶ Hinc remunero. ἀνταμείβομαι. Liv. lib. 2. ab Vrbe: Tum Mutius quasi remunerās meritum.

Mūnis, inquit Festus, Officiosus. Plaur. in Merc. Dico ejus promeritis gratum me, & munem fore. De hoc vocabulo ita Nonius: Munes, inquit, apud veteres dicebantur non à largitione quæ ignota erat, sed consentientes ad ea quę amici vellent: ut etiam munificus, de quo infrà. Compositum hujus est Immunis.

Mūnĭa, orum, n. s. Onera lege debita: & officia, quæ publicè præstantur. [טקדה *pekuddāh* כהנה *chehunnāh*. ἐργα, νέκα. Gal. *La charge, l'office, ou le deuoir.* Ital. *Vffici.* Ger. Die pflicht oder ämpter so einer schuldig ist. Hisp. *Los officios.* Pol. *Vrzędy.* Vng. *Tisztségben valóknak.* Ang. *Offices or charges due to be done.*] Cic. pro Murena: Hæc sunt officia necessariorum, commoda tenuiorum, munia candidatorum. Colum. lib. 12. cap. 1: Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulò munia sua exequūtur. Liv. 1. ab Vrbe: Interim Servio Tullio jubere populū dicto audientem esse, eum jura esse redditurum, obiturumq; alia regis munia. Ibidem: Censum enim instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio, ex quo belli pacisq; munia nō viritim, ut antea, sed pro habitu pecuniarū fierent. ¶ Hinc immunis, ἀτελὴς: qui ab ejusmodi onere liber est. ¶ Item Communis, de quo dictum suo loco.

Mūnĭceps. Vide MVNICIPIA.

Mūnĭcĭpālis, & hoc le, om. t. Quod ad municipes pertinet. Cicer. 3. de Legib. Vtinam, inquit M. Cicero, isto animo, atq; virtute in summa Republ. versati nobiscum, quàm in municipali maluisset. Municipales homines dicuntur, qui in municipiis degunt: hoc est, in iis oppidis quæ civitatis Romanæ jus sunt adepta. Cic. ad Attic. lib. 8: Multùm mecum municipales homines loquūntur, multum rusticani. Budæus municipales homines interpretatur, pro simplicibus, & imperitis: fortassis idcirco, quòd homines in municipiis degentes minus astu & calliditate valent, quàm urbani. ¶ Municipalia sacra vocātur, quæ ab initio habuerunt municipes ante civitatem Romanam acceptam: quæ observare eos voluerunt Pontifices, & eo more facere, quo facta fuissent antiquitus. Municipale jus, dicitur privatum jus uniuscujusque civitatis. Municipalia magisteria, vocantur administrationes, & officia sui municipii.

Mūnĭcĭpĭorum, n. s. Dicebantur civitates suo jure & legibus utentes, muneribus tamē populi Romani, & honoribus fungentes. Capiebāt enim munera, honores & magistratus cum civibus Romanis à quo nomen sibi vendicavēre, nulla populi Romani lege astricti. Erant itaq; municipiorum incolæ, qui municipes dicebantur, meliore cōditione, quàm coloni. Municipiorum jura jam penitùs obliterata sunt. Municipem (inquit Vlpianus) facit aut civitas, aut manumissio, aut adoptio: quoniam Municeps est, & qui liber in municipio natus est, & qui in municipio à servitute se liberavit, & qui civitatē quamcunq; assequutus est. Proprie tamen Municipes dicuntur, qui in civitatem Romanam recepti, munerum participes fiunt. Sed abusivè nunc Municipes dicimus, suæ cujusq; civitatis cives. Quo nomine tàm Oratores, quàm Poētæ utuntur. Iuvenal. Satyr. 4: Iam princeps equitum, magna qui voce solebat Vendere municipes facta de merce siluros. Cic. in Bruto: Non dubito quin scias non solùm cujus municipii sim, sed etiam quàm diligenter soleam municipes Arpinates tueri.

Mūnĭcĭpĭa, quidam putant à munitionibus dicta: alii à munificentia, quòd municipes essent civitatis, primaq; origo oppidorum, quæ civitates dictæ sunt, municipia nominata. Hæc Siculus Flaccus.

Mūnĭcĭpĭātim, Significat per municipia: sicut Oppidatim, per oppida.

Mūnĭfĭcus, a, um, adjectivum, Liberalis, facilis. [נדיב *nadhib*. μεγαλοπρεπὴς, ἐλευθέριος. Gall. *Courtois, franc & liberal.* Ital. *Cortese, liberale.* Ger. Freygebig. Bel. Vrygheviich. Hisp. *Cortes, franco y liberal.* Pol. *Szczodry, hoyny.* Vng. *Nagy kezu.* Ang. *Courteous, free and liberall.*] Apud antiquos, non à largitione, quæ nulla erat, sed consentiens appellabatur ad ea quę amici vellent, autore Nonio. ¶ Nunc autem Munificus pro liberali ponitur, quasi munera largè præbens: de quo in dictione Liberalis. Munificus amicus. Livius 3. belli Maced. Mitis & munificus amicus fuit. Ovidius 3. Amorum, Elegia 5: Te dea munificam gentis ubicunque loquuntur. Idem 4. de Ponto, Eleg. 1: Nec mihi munificas arca negavit opes. ¶ A' Munificus, fit Munificentior & Munificentissimus. Cicero pro Rosc. Com. Semper liberalissimus, munificentissimusq; fuit. Cato tamen Munificior, & munificissimus, dixit. Festus, Munificior à munifico, identidem Cato dixit, quum nunc munificentior dicamus, quanvis Munificens non sit in usu.

Mūnĭfĭcē, adverbium, Large, abūdanter. [μεγαλοπρεπῶς. Gall. *Largement, liberalemente.* Ital. *Cortesemente, abondevolmente.* Ger. Freygebigklich/ reichlichen. Hisp. *Francamente, liberalmente.* Pol. Szczodrze. Vng. *Bőven.* Ang. *Liberallie, bountifullie.*] Cicero 3. de Natura deorum: Sic haud scio, an melius fuerit humano generi motum istum celerem cogitationis, acumen, solertiam quam *rationem* vocamus, quoniam pestifera sit multis, paucis admodum salutaris, non dari omnino, quàm tam munificè, & tàm largè dari. Munificè & æquè tueri societatem conjunctionis humanæ, Cic. 5. de Finibus. Munificè prædam largiri, Liv. 1. ab Vrbe.

Mūnĭfĭco, as, are, act. p. Ditare, beatum facere. [העשיר *hehesshir* אשר *ishshir*. πλουτίζω. Gall. *Faire dous & prosent, enrichir.* Ital. *Arricchire, far beato.* Ger. Begaben/ reich machen. Hisp. *Enriquescer à otro, hazer bienaventurado.* Pol. *Bogacic.* Vng. *Meg kazdagit lak, bodogitlak.* Ang. *To giue gifts, and make riche.*] Lucret. lib. 2. de Cybele deorum matre: Ergo quum primùm magnas invecta per urbes Munificat tacita mortales muta salute, Aere atq; argento sternunt iter.

Mūnĭfex, cis, masc. ter. quanvis figuratè etiam aliis generibus jungatur. [ὁ ἢ πρᾶγμα φιλοτίμως, ἢ ἐλευθερίως. Gall. *Qui fait sa charge & son estat.* Ital. *Chi fa il suo vfficio.* Ger. Der sein ampt thut oder verrichtet. Hisp. *El que haze el suo officio.* Pol. *Ten ktory swoy vrzad czyni.* Vng. *Tisztiben el vara, mulkalkodo.* Ang. *That doeth his charge and office.*] Munifices, autore Festo, qui nō vacabār, sed munus principi faciebant. Contrà Beneficiarii dicebantur, qui vacabant muneris officio. ¶ Munifices item à Vegetio lib. 2. cap. 7, dicuntur milites, qui munera faciunt: quibus Immunes non obstricti sunt. Inde illud Plinianum per Metaphoram dictum libro 11. capite 40: Vno verò ex omni turba relicto, sola munifex mamma, quæ genito fuerat attributa, descendit.

Mūnĭfĭcentĭa, æ, f. p. [נדבה *nedhabāh*. μεγαλοπρέπεια. Gall. *Liberalité & largesse.* Ital. *Cortesia, liberalità.* Ger. Freygebigkeit. Hisp. *Franqueza, liberalidad.* Pol. Szczodrość. Vng. *Jo kezuség.* Ang. *Liberalitie, bountie.*] Plin. lib. 27. cap. 1: Nec dubiè superata hoc modo posset videri etiam rerum naturæ ipsius munificentia, si humani operis esset inventio.

Mūnŭscŭlārĭus. Aquæductus, in l. decernimus, de Aquæd. C. lib. 11. Alberic. sunt qui modicam aquam dicunt. Attamen veriorem lectionē Alciatus Muscularius judicat, & Haloander sic habet: Nimirum sic dicti aquæductus hi, quòd ex musculis dilaberentur. Musculus autem instrumentum est ad similitudinem muris, quo in bellis utebantur ad æquandas fossas, ut Vegetius tradit. Erant autem tubi in ductibus ad similitudinē musculorum.

Mūrænă, f. p. Piscis est Longitudine non dissimilis anguillæ, & fœminini tantùm sexus. [μύραινα. Gall. *Morene.* Ital. *Morena.* Ger. Ein Meerfisch dieses nammens/ ist in der form wie ein Aal oder Schlang. Hisp. *Morena.* Vng. *Meny hal.* Ang. *A lamprey.*] Nam masculus, teste Plin. lib. 9. cap. 23. Myrinus vocatur, robustior quàm murœna, & unicolor. Fuit autem hoc piscis genus apud veteres in maximis deliciis, partim ob præstantiam saporis, partim ob insignem vivacitatem. Nam quum reliqui pisces aut tædio carceris, aut vitio piscinarum facilè intereant, solæ murænæ ad quotidianos usus vivariis inclusæ diutissimè possunt asservari. Constat enim autoritate Plinii libro 9. capite 55. C. Hircium ex vivariis suis Cæsari Dictatori sex millia murænarum mutuò appendisse. Mansuescunt autem murænæ, & de manu cibum capiunt: unde à quibusdam suprà quàm credi posset, feruntur adamatæ. Nam & Crassus murænam in vivario suo mortuam fertur ut filiam defleviſſe, & tumulo condidisse: & Antonia Drusi murænæ à se amatæ inaures addidisse. Optimæ autem inter murænas habebantur, quæ capiebantur in freto Siculo: quas Macrobius Saturn. libro 3. Flutas vocari asserit his verbis: Accersebantur ad piscinas urbis ab usque freto Siculo (illic enim optimæ esse creduntur) tàm murænæ, quàm anguillæ, & utræque ex illo loco Plotæ, à Latinis Flutæ vocantur, quòd in summo supernatantes, sole torrefactæ curvare se & in aqua mergere desinunt, atque ita facilè capiuntur. Mart. libro 13: Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, Non valet exustam mergere sole cutem. Plaut. in Aulular. Congrum, murænam exdorsua, quantum potes. Idem in Amphit. Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat. ¶ Est autem Muræna duplex, Marina & Fluviatilis: Marina rostrum habet, quale anseris: Fluviatilis, quæ à quibusdam Galeos dicitur, multò minor est marina, utpote quæ cubiti longitudinem non multùm excedat. Paulus Iovius in eo libello, quem de Romanis piscibus edidit, arbitratur eandem esse quæ à Plinio Mu-

nio Muſtella, & à nobis à lambendis petris Lampetra dicitur. ¶ Eſt & Muræna, μυραίνα, cognomen viri Romani in familia Licinia ab eo piſce deductum. Ciceronis extat oratio pro Muræna.

Murænŭla, Ornamenta circundata collo inſtar murænarum & catenæ ex auro, quibus mulieres ornantur: [שרשרת kiſchiſchar, μυραινίδιον. Gall. Colliers. Ital. Collane. Ger. Köſtliche Hauſſtzierden / oder kettinen ſo man zur zierd an Hals henckt. Hiſp. Collares o cadenillas de oro. Pol. Klenoti wyſtliakie kture naſzyy wreſzſzata. Vng. Eres, aranyas lom. Ang. Ornaments and chaines hanging downe vpon the necke.] Hieronymus ad Marcel. his verbis: Aurum colli ſui, quod muræenulam vulgus vocat (quòd ſcilicet metallo in vinculas lentescente quædam ordinis flexuoſi catena contexitur) abſque parentibus vendidit. ¶ Poteſt etiam Muræenula eſſe diminutivum à Muræna, ut ſit parva muræna.

Murālis, Muratus. Vide MVRVS.

Murcidos. Antiqui, teſte Feſto, ignavos appellarunt & ſtultos. μωρούς. Plautus in Epidico: Væ tibi murcidæ homo.

Murci, m.c. Dicti ſunt homines timidi & ignavi, qui ut militiæ periculum effugerent, pollices ſibi amputabant. [ἀποκεκομμένοι. Gall. Mornes, ſots, malavisez. Ital. Stolti, poltroni, da poco. Ger. Trág / ſaghafft / faule Leut mit denen nichts auß zu richten iſt. Hiſp. Lerdo, bouo. Pol. Leniewie, gnuikowie. Vng. Felenkek, had elde el hue. Ang. Daſtardes or cowardes.] Cæl. Rhod. libro 18. capite 21. Inter Gallos non ferè compertus, qui militiæ detractandæ cauſa pollicem ſibi præcideret: quod genus joco Murcos dicunt.

Murcŭlum, li, n. c. Colum. Semen lentiſci vocat, velut à figura muricis, quòd à buccini ſpecie viſatur is folliculus, niſi quis pro languido accipiat, quando & numen ſocordiæ Murciam deam vocabant. Hæc Hermolaus in 33. cap. lib. 9. Plinii.

Mūrex, cis, m. c. Piſcis marinus ex concharum genere, à purpura diverſus: qui per excellentiam etiam Conchylium dicitur. [πορφύρα, κογχύλιον. Gall. Vn certain poiſſon en eſcaille, du ſang duquel on ſouloit teindre en couleur de pourpre. Ital. Peſce di mare co'l cui ſangue ſi tinge la porpora. Germ. Ein gattung Meerſchnecken / dem gleich ſo die purpurfarb gibt. Bel. Een Zeeſchelt. Hiſp. La concha que ſe haze la purpura. Pol. Ryba morska purpure ſzkoie poſzyiaca. Vng. Tengeri iſzap kinek vere vel az, barſont feſtek. Ang. A shell-fiſh of the liccour wherof purple colour was made.] Plinius libro 9. capite 35: Conchylia & purpuras omnis ora atterit. Ex muricis humore fit color, qui & ipſe Murex, ſive Conchylium dicitur. Virgil. 4. Aeglog. Ipſe ſed in pratis aries jam ſuave rubenti Murice. Vnde veſtis tincta murice, quæ & Conchyliata dicitur. Virgil. 4. Aeneid. Tyrioq; ardebat murice lana. ¶ Fuerunt item Murices in menſarum deliciis: unde de iis ſic ſcribit Mart. libro 13: Sanguine de noſtro tinctas ingrate lacernas Induis: & non eſt hoc ſatis, eſca ſumus. ¶ Accipitur interdum pro acumine ſive aſperitate ſaxi prominentis. Virgil. 5. Aeneid. -& acuto in murice remi Obnixi crepuêre. ¶ Interdum murices ſunt tribuli, τρίβολοι: hoc eſt, machinulæ ferreæ, doloſæ, tetragona forma, quæ in quancunq; partem incubuerint, unum aut plures aculeos infeſtos protendunt. Valer. Maxim. lib. 3: Suadentibus quibuſdam, ut circa mœnia urbis, quam obſideret, ſerreos murices ſpargeret, ne ſubita eruptione hoſtes impetû in præſidia noſtra facere poſſent, &c. Tribulorum meminit Vegetius lib. 3.

Mūrĭcātŭs, a, um. Quod eſt muricis modo factum. [κογχυλιωτός. Gall. Fait en facon de porcelaine. Ital. Fatto à fogia di porpora. Germ. Geſpitzet. Hiſp. Hecho à guiſa de abrojos. Pol. Spiczaſti. Vng. Tövisés hegyes vas ſolyom mogy gyara valo. Ang. Made with many windinges.] Plin. lib. 30. cap. 23: Vtriq; folia pauca, ſpinoſa, muricatis cacuminibus. Muricati greſſus, Fulgentio: id eſt, formidoloſi, & pavendi. Intuebamur (inquit) arva, quibus adhuc impreſſæ bellantium plantæ: muricatos (quod aiunt) figilliaverunt greſſus. Et formidine menti nondum exterſa, hoſtes in veſtigiis pavebamus: terrorem enim pro ſui memoria miles hoſtis hæredem reliquerat.

Mūrĭcātim, adverb. Convolutim, in modum muricis. [ἑλικοειδῶς, κογχυλοειδῶς. Gall. En facon de porcelaine, ou en tortillant. Ital. A fogia di porpora. Ger. Als ein Meerſchneck gebogen. Hiſp. A manera de abrojos. Pol. Negiets. Vng. Kis ſolyom mogy gyara. Ang. Roundly and by winding about.] Colum. libro 9. capite 33: Vertice muricatum intorto, margine in mucronem emiſſo. Budæus.

Mūrĭlĕgŭlus, li, à muricibus legendis, ſive colligendis, nomen habet. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 11: Murilegulos Iureconſulti muricis & purpurarum perquiſitores nuncupant. Meminit Iuſtinianus lib. 11. Codicis, tit. de Monetariis, & Murileg.

Mūrgiſo, penult. prod. Incrs, deſidioſus: à mora & deſidendo dictus, inquit Feſtus.

Mūrĭa, æ, f. p. Genus liquaminis, quod ex thynno piſce confi-

ciebatur. [ἅλμη. Gall. Saumure. Ital. Salamoia. Ger. Ein ſoß oder brüy von einem Meerfiſch gemacht. Item, ein jedes ſaltzlab oder geſaltzene brüye. Hiſp. Salmuera à ſalmorejo para adobo. Pol. Rigiel grzibi. Vng. Sos nedueſſeg. Ang. A ſalte licour.] Perſius Satyr. 6: Tingat olus ſiccum muria vaſer in calice empta. De Muria epigramma eſt Mart. libro 13; Antipolitani faceor ſum filia thynni: Eſſem ſi ſcombri, non tibi miſſa forem. Horat. Satyra 8: Vt melius muria quàm teſta marina remittat. ¶ Muria etiam dicitur ſalſugo: hoc eſt, liquor ex ſale reſolutus, quam Salmuriam vulgò dicimus. Columel. lib. 12. cap. 25: Quondam quidam, imò etiam ferè omnes Græci, aqua ſalſa, vel muria muſtum condiunt, eam quoq; partem curæ non omittendam putavi. Plin. lib. 31. cap. 8: Muria quoq; ſive illa ſalſugo ſpiſſa, mordet, extenuat, ſiccat. Muriam Feſtus ex Verannii ſententia interpretatur, ſalem ſordidum in pila piſtum & in ollam ſictilem conjectum, ibiq; opertum, gypſatumq;, & in fumo percoctum: cui virgines Veſtales ſerra ferrea ſecto, & in ſeriam conjecto, quæ eſt intùs in æde Veſtæ in penu exteriore, quamjugem quamlibet, quæ per fiſtulas venit, adfûr, atq; ea demum in ſacrificiis utuntur.

Mūrĭa, æ, f. q. Idem quod muria: hoc eſt, liquor ex ſale reſolutus, ἅλμη. Cato cap. 88: Si natabit, ea muries erit, qua vel ramen, vel caſeos, vel ſalſamenta condias.

Mūrĭācĕus, ea, eum, Quod muria conditum eſt. [ἁλμυρός. Gall. Qui ſent la ſaumure, ou eſt accouſtré en ſaumure. Ital. Acconcio en ſalamoia. Ger. Gebetzet in einem ſaltzlab. Hiſp. Adobado en ſalmuera. Vng. Sos nedueſſeg gel meg baſitot. Ang. Steep'd or lying in ſalt licour.] Plaut. in Pœn. ſoror cogita Amabo, non item perhiberi, quaſi ſalſa muriatica Eſſe autumantur, ſine omni ſepore, & ſine ſuavitate, niſi Multa aqua uſq; & diu macerantur, olent, ſalſa ſunt, tangere ut nõ velis: Item nos ſumus ejuſcemodi, mulieres ſunt admodum Inſulſæ, atq; invenuſtæ, ſine munditia & ſumptu.

Murylius. Vide MVREX.

Murina, æ, f. p. vel Myrina, æ, ſive, ut alii ſcribunt, Myrrhina, ſive Murrhina, [μυρρίνη. Ang. Hippocras wine.] Potionis genus (inquit Feſtus) quod Græci nectar vocant: quod quidam dici putant ab uvæ murrhinæ nomine. Plinius item libro 14. capite 13, ex Plauti ſententia murinam oſtendit vini dulcioris genus eſſe. Laudatiſſima (inquit) apud priſcos vina erant, myrrhæ odore condita: ut apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur: quanquam in ea & calamum addi jubet. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Sed Fabius Deſſennus decernit his verſibus: Mittebant vinum pulchrum, murinam. Et in Achariſtione: Panem, & polentam, vinum, murrhinam. Scævolam quoque & Lælium, & Atteium Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniam in Pſeudolo ſic: Quòd ſi opus eſt, ut dulce promat Indidem, ecquid habet? C. rogas? Murrhinam, paſſum, defrutum, mella. Quibus apparet, non inter vina modò murrhinam, ſed inter dulcia quoq; nominatum. Hactenus Plinius. Gellius quoq; Murrhinam inter dulces potiones enumerat, quæ mulieribus Romæ in uſu eſſe conſueverunt. Romanas (inquit) mulieres bibere ſolitas ferunt loteam, paſſum, murinam, & quæ id genus opiant, potu dulcia.

Mūrmŭr. Tantùm eſt neutri generis, t. quanvis Evangeliorum interpres ſemel in maſculino genere uſus ſit. [הֶהָמִית hemith שֹׁחַשׁ ſchaſch תְּלוּנָה telunah. ψιθυρισμός. Gall. Murmure, bruit. Ital. Mormorio. Ger. Ein gerauſch oder gethöß eines flieſſenden waſſers / ein gemämmel. Bel. Gheruys. Hiſp. Ruido murmullo de gente. Pol. Szmerk wodny. Vng. Zugas ſürgölödö mozgas. Ang. Murmure, bruit.] Eſt autem proprie Murmur, ſonus aquæ ſtrepitus: tametſi & pro alio quocunque ſtrepitu poni conſueverit. Nomen eſt fictitium, teſte Quintil. libro 8 capite 6, quemadmodum & Mugire, & Sibilare. Virgil. 10. Aeneid. -ceu flumina prima Quum deprehenſa fremunt ſylvis, & cæca volutant Murmura. Cicer. 3. de Orat. Nam & odor unguentatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo orationis, ſunt ducta à cæteris ſenſibus. Idem in Arato: Nec metuens canos miniranti murmure fluctus. Ovid. 1. Metam. -qui poſtquam voce, manuque Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.

Mūrmŭro, ras, n. p. Leniter ſtrepo, & ſonum aquæ fluitantis ſimilem edo. [הָמָה hamáh נִרְגָּן nirgháin הֹלֶל hólel. μορμύρω. Gall. Murmurer, bruire. Ital. Mormorare. Ger. Rauſchen. Bel. Druyſchen. Hiſp. Murmurar à hazer ruido. Pol. ſzmerzyc, mruczec. Vng. Morgo lodam, dörgödöm. Ang. To murmure.] Vnde frémitum murmurantis maris, dixit Cicero 5. Tuſcul. Quæſtionum etiam indifferenter de quovis alio ſono dicatur. Plinius lib. 18. capite 35: Pallidi nanque, murmurantesq; ignes tempeſtatum nuntii ſentiuntur. Plaut. in Caſ. Mihi manitare jamdudum inteſtina murmurant: hoc eſt, crepant. κορκορύζουσι. ¶ Murmurare ité contradicere aliquando ſignificat, & ſecreto mur-

mure

more indignationem ostendere. Plaut. in Mil. Verùm ubi dies decem continuos ite ad eundem instar, Tametsi dominus nõ invitus patitur, servi murmurant. Idem in Aulul. Vt sceleste sola secum murmurat. ¶ Antiqui etiam in eadem significatione usi sunt verbo deponente Murmuror. Varro: Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Nonius. Hujus composita sunt, Admurmuro, & Commurmuro, Immurmuro, Obmurmuro, Submurmuro, de quibus suis locis.

Murmŭrātio, f. t. [חשש hamûth: חמית חשבה sachaſith telumâh, ὁ ροχμὸς ὁ ρόχθος, ὁ ψιθυρισμὸς, ψιθυρισμὸς. Gall. *Murmurement, bruyement.* Ital. *Il murmurare.* German. Ein gerauſch/ ein murrung/ Hiſp. *Murmuramiento, ruido.* Pol. *Mruk.* Vng. *Morgas morgödés.* Ang. *A murmuring.*] ut Murmuratio aquilarũ. Plin. lib. 10. cap. 3. Murmuratio querula, Ibidem.

Murmŭrillo, las, Submurmuro. [חשׁ lachâſih. ὑποτονθορύζω.] Plaut. in Rud. Quid murmurillas tecum, & te discrucias?

Murmŭrillum, li, n. s. Exigua & submissa murmuratio. [חשׁ lachaſih. ὑποτονθορυγμὸς. Gall. *Petit bruit.* Ital. *Piccola murmurio.* Germ. Ein gemurmele/ ein tieffes getöß. Hiſpan. *Pequeño ruido.* Polon. *Markotanie cichie.* Vngar. *Dörgö ideöbeli morgasotska.* Ang. *A rumbling.*] Plaut. in Rud. Palam age, nolo murmurillare, neque susurrum fieri mihi.

Murrhă, f. p. Lapidis pretiosi genus est odoris præstantia cõmendabile, & colorum varietate insigne, subinde circumagentibus se maculis in purpuram, candoremque, & tertium ex utroque ignescentem, veluti per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Nascitur in Oriente apud Parthos, & præcipuè in Carmania. Creditur esse humor, Solis ejectus sub terra condensatus. Amplitudine nusquam excedit parvos abacos: crassitudine autem rarò tanta, ut poculis potoriis sufficiat: qua in re præcipuus erat usus murrhæ. Martial. lib. 4. Si calidum potas, ardenti murrha Falerno, Convenit, & melior fit sapor inde mero.

Murrhĭnus, a, um, μύρρινος. Quod ex murrha est, Iabolenus Iurisconsultus scribit: Murrhea vasa, quæ ad usum edendi, & bibendi causa reperta sunt, esse in supellectili.

Murrhĭnus, a, um, vel (ut alii scribunt) Myrrhinus, μύρρινος, pen. cor. Quod ex murrha confectum est ut, Abaci murrhini, Trullæ murrhinæ, Pocula murrhina. Suetoñ. in August. Alexandria capta nihil sibi præter unum murrhinum calicem ex instrumento regio retinuit. ¶ Murrhina substantivè dicuntur vasa murrhina, quæ apud veteres summo erant in pretio, partim ob colorum varietatem, partim propter gratiam odoris. Plin. libro 37. Oriens murrhina mittit: inveniuntur enim ibi pluribus in locis, nec insignibus, maximè regni Parthici præcipuè tamen in Carmania. Humorem putant sub terra calore densari. Amplitudine nusquam parvos excedunt abacos, crassitudine rara, quæsta dictum est, vasi potorio. Splendor his sine viribus, nitorque vetius, quàm splendor. Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremq;, & tertium ex utroq; ignescentem, veluti per trapsitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Et paulò pòst: Aliqua & in odore commendatio est. De incredibili murrhinorum pretio vide Plinium eodem cap. Martial. lib. 13. Sunt etiam bibis? nec murrhina picta, nec aurum Posce, dabunt calices hæc tibi vina suos.

Murtarium, farciminis genus ex intestino crasso, ut autor est Varro, lib. 4. de ling. Lat. ex murto factum. Meminit Plin. lib. 16. cap. 19. Ut alius baccæ usus fuit apud antiquos, antequã piper reperiretur, illam obtinens vicem, quodã etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiamnũ murtatum vocatur.

Muris, ri, m. s. à muniendo dictus, propriè est lapideus, aut latemus urbis ambitus: quum Partes propriè sit domorum. [τεῖχος dómatos. τοῖχος. Gall. *Mur, muraille.* Ital. *Muro, muraglia.* Germ. Ein Mawer. Belg. Een Muer. Hiſp. *Muro de la ciudad ó villa.* Polon. *Mur.* Vngar. *Kõfal.* Angl. *A wall.*] Macenarũ verò, sive Maceries, quæ constat ex lapidibus, sine calce, aut alio genere ferruminationis. Cæs. 7. bell. Gal. Portas claudere, murum complere cœperunt. Cicer. de Nat. deor. Muri urbis, quos vos sanctos esse dicitis. Virg. 4. Aegl. Quę tentare Thetin ratus, quę cingere muris Oppida, quæ jubebant telluri infodere fulcos. Ovid. 11. Metam. - Phrygięq; tyranno Aedificat muros, pastus pro mœnibus aurũ. Horat. 3. Carm. Ode 3: Ter si resurgat murus aheneus. Autore Phœbo. ¶ Murus per translationem. Cicer. 7. Verr. Ad omnes enim meos impetus quasi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur.

Mūrālis, & hoc rale, om. t. Quod ad murum pertinet: [τειχικὸς. Gall. *Appartenant à muraille.* Ital. *Cosa s' appartiene à muro.* Ger. Das zu der Mawer gehört. Hiſpan. *Cosa perteneciente à muro.* Pol. *Murni.* Vngar. *Kõ falhoz valo kõ fali.* Ang. *Belonging to a wall.*] ut Muralis corona, quæ donari solebat ab Imperatore ei qui primus murũ conscendisset. Plin. lib. 16. cap. 4: Cedunt iis muralis, vallaresq; & aureæ, quanquã pretio antecedentes. Liv. 3. bel. Pun. Vtique postquam corona aurea muralis proposita est, &c. Pila muralia, quibus verberantur & quatiuntur muri. Cæs. 7. bel. Gal. Aut ex vallo & turribus trajectis pilis muralibus interibant. Machinę murales, quibus muri diruuntur. Plin. lib. 7. cap. 56. Muralis herba, τειχίτης, τοιχίτης, quæ vulgò *Vitriolum* dicitur, quòd vasa murum in modum confricata purificet, ideoq; Vrceolaris à vertebus dicta. Eadẽ Parietaria vocatur, quòd in muris frequenter nascatur, & Perdicium, quoniã perdices ea præcipuè pascantur. Plin. lib. 22. cap. 27. & Dioscorid. lib. 4. cap. 42. Tormentum murale, Virg. 12 Aen. - murali concita nunquam Tormento sic saxa fremunt.

Mūrātus, a, um. [τετειχισμένος, ἔντειχος. Gall. *Muré.* Ital. *Muretto.* Germ. Gemawret. Hiſpan. *Cosa fortalesçida de muros.* Polon. *Omurowani.* Vng. *Kõ falaz fenitetbe.* Ang. *That is walled or hath walles.*] Quod muros habet: hinc urbes muratæ dictæ: hoc est, mutis circundatæ.

Mus, muris, m. t. [עכבר hachbór, μῦς. Gall. *Un rat, ou une souris.* Ital. *Sorice, topo.* Ger. Ein Maus. Belg. Een Muys. Hiſp. *Raton.* Pol. *Myſz.* Vng. *Egér.* An. *A mouse.*] Exiguũ animal est, à Dioscor. ἡμερικὸν: hoc est, domesticus ad aliorum discrimen dictus. Distinguitur à Sorice, quòd Sorex major sit mure; clatiusque strepat, ut docet Erasmus in Proverb. Sorex suo perit indicio: utrunq; est animal nobis infestum: sorices tamen, quia majore sunt corpore, plus afferunt detrimẽti. Colum. Si serpens aut mus, sorexve in mustum ceciderit. Murem certè nec ferũ jure dixeris, nec placidũ, quia nunquam mansuescit, ut inquit Plin. Virg. 1. Georg. - sæpè exiguus mus Sub terris posuitq; domos, atq; horrea fecit. Horat. de Arte: Parturient montes, nascetur ridiculus mus. Cicer. Attic. libr. 14: Sed quod quæris quid accesserim Chrysippum: tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agũtintaq; nõ solùm inquilini, sed & mures migraverũt. De muribus vide Plin. lib. 8. cap. 57. Mus araneus est, quẽ Græci μυγαλῆν appellant, compositò nomine ἀπὸ τῶν μυὸς & γαλῆς: hoc est, à mure, & mustella, quòd muris magnitudine sit, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, versu dentium quadruplici, ut inquit Aëtius. Abundat his insula Britannia. Plinius lib. 29: Et ipse mus araneus cõtra se remedio est, divulsus, & impositus. Murium marinorum meminit Plinius libr. 9. cap. 19.

Mus Indicus, Vide ICHNEVMON.

Mūscŭlus, li, m. s. Modò diminutivum est, & significat parvum murem. [μυΐσκος. Gall. *Petit rat, petite souris.* Ital. *Topolino.* Ger. Ein Meuſlin. Belg. Een Muysken. Hiſp. *Ratoncillo.* Pol. *Myſzka.* Vng. *Egerecske.* Ang. *A little mouse.*] Plin. Deturgente Nilo musculi reperiuntur. Cic. 2. de Divin. Nam & musculorũ jeiuscula bruma dicuntur augeri. ¶ Musculi, ut à Medicis accipiuntur, sunt partes corporis carnosæ, nervorũ fibris motus gratia circumjectæ, venis q; & arteriis conspersæ, illis quidẽ ad alimenti distributionem, his autem ad nativi caloris custodiam, quæ omnia tenuis complectitur tunica, musculũ definiens. [Gall. *Muscles.* Ital. *Muscoli.* Hiſp. *Morezillos.* Pol. *Mlanka.* Vng. *Hussok in.* Ang. *The braune of the arme or other place.*] Tres autẽ musculi uniuscujusque sunt partes, origo, medium, & exitus: quibus caput planè nervosum est: medium, carne, nervis & arteriis extuberat: extremum in tendonem, confusis nervorũ & vinculorum fibris, desinit Plaut. in Amph. Quid dicas novi, cicatricem in dextro musculo ex illo vulnere, Quod mihi impegit Pterela. Plin. lib. 20. cap. 21: Item convulsis, luxatis, tumentibus musculis, nervis, articulis imposuit. ¶ Item Musculus genus piscis parvi, qui parvo moderamine caudæ ut er regit balænæ nem scopulum impingat. Est enim Balæna lusciosa, & penè exoculata, quæ quum fortè aliquò profectura est, indiget hoc pisciculo prævio, qui eam deducat, & reducat. De hoc Claudianus lib. 2. in Eutropium: Sic ruit in rupes amisso pisce sodali Bellua, fulcandas qui prævius edocet undas, Immensumq; pecus parvo moderamine caudæ Temperat, & tanto conjungit fœdera monstro. Plinius lib. 9. cap. 52: Balænæ musculus, quandoque prægravi supercilionum pondere obtutis ejus oculis, infestantia magnitudinem vada prænatans demonstrat, oculorumque vice fungitur.

Mūscŭlōsus, a, um. [μυώδης. Gall. *Musculeux, qui a beaucoup de muscles.* Ital. *Pieno di muscoli.* German. Meuſtechtig/ voll muſkeln. Hiſpan. *Cosa de muchos muezillos.* Polon. *Tel ni bl' aukó.* Vngar. *Hussok must.* Angl. *Having great brawnes or fleshy fastnes.*] Cels. lib. 5. cap. 20: At si nervosus, aut musculosus is locus est, commodius est cerato miscere. ¶ Musculos etiam dixerunt antiqui minores machinas, quibus protecti librarores, fossas congestis lapidibus, lignis, & terra, non solùm complent, sed etiam solidant, ut turres ambulatoriæ sine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis, subtiliores que: majores autem, & firmiores pluteis. Cæs. 7. bel. Gal. A' cassris longurios musculos, falces, reliquaque, quæ eruptionis causa paraverat, profert. Idem 3. bell. Civil. Scalas, musculosq; ad repentinam

repentinam oppugnationem fieri, & præparari jussit.

Murinus, a, um, penult. prod. Possessivum à mure deductum. [μυῶδ. Gall. *De rat.* Ital. *Di topo.* German. Mäusin/das von Mäusen ist. Hispan. *De raton.* Vngar. *Egeri, egerbeczvalo.* Ang. *Of a mouse.*] Plin. lib. 13. cap. 8: Murino fimo contra calculos illinere ventrem potest. ¶ Murinus color, qualis ferè est asinorũ. Col. lib. 6. cap. 27: Murinus quum sit in asino vulgaris, tamen non optimè respondet in mula. Murinum hordeum, herbæ nomẽ. Plin. lib. 22. cap. 25. Est & herba *Phœnicea* appellata à Græcis, à nostris verò *Hordeum murinum*. Hodie à vulgo *Sterila avena* appellatur, teste Ruellio lib. 3. cap. 96.

Mūscērdā, æ, f. p. Murinum stercus. [μυόζωδος. Gall. *Crote, ou merde de rat ou de souris.* Ital. *Sterco di topi.* Ger. Mäußdreck. Hisp. *Estiercol de los ratones.* Pol. *Mysie gowno.* Vngar. *Egher szer.* Ang. *Mouse dung.*] Plin. lib. 23. cap. 6: Præterea ut Varro noster tradit, murinum simum, quod item muscerdas appellat.

Mūscĭpŭla, Machina ad capiendos mures. [μυόχοινον, παγίς. Gall. *Souricière, ratiere.* Ital. *Trappola a prender topi.* German. Ein Mäußfall. Hispan. *Ratonera para tomar ratones.* Polon. *Lapkana myse.* Vngar. *Egerfogo.* Ang. *A mouse trappe.*] Var. 1. de Re rust. cap. 8: Necnon si patiti humus mures, hujus minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleveris muscipulis.

Mūsa, f. p. Cătus. [μοῦσα. Gal. *Muse.* Ital. & Hisp. *Musa.* Ger. Ein Gesang oder Lied. Polon. *Spiewanie.* Vngar. *Enek, vers, musa.* Ang. *A song.*] Virgil. 8. Aeglog. Pastorum musam Damonis & Alphesiboei. Idem 6. Aeglog. Agrestem tenui meditabor arundine musam. ¶ Crassiore musa. Quint. libro 1. cap. 10: Liber propter quosdam imperitiorum crassiore (ut vocant) musa dubitationem hujus utilitatis eximere. Iocosa musa, Ovid. 3. Trist. Eleg 2. Pedestris musa, Horat. 2. Serm. Satyr. 6. Solers lyræ musa, Idem de Arte. ¶ Hinc Musica, μουσικὴ, Ars & facultas canendi. Et Musicus, μουσικὸς, musicæ peritus. ¶ Poëtę Musas novẽ finxerunt, easdemq; deas, Iovis, & Memorię filias, quę poëtis & Musicæ præessent. Oportet enim virum eruditum, ac doctum, intelligentia memoriaq; vigere. Has dixerunt in Helicone habitare, qui mons Bœotiæ est, Phocidi affinis: à quo Heliconides, & Helicomades appellãtur. Distat aũt Helicon non procul à Parnasso Phocidis monte, æmulus illi & altitudine & ambitu: rupes amborum saxea est. ¶ Quin & Parnassum habitare Mutę dicuntur unde & Parnassides dictę. ¶ Et quoniam Phocidi confinis Aonia est, etiam Aonides appellantur. ¶ Alio etiam nomine dicũtur Cithęrides, vel Cithęriades, ab Atticæ regionis monte, qui Cithæron dicitur, quem similiter Musis sacrum esse dicunt. Initium habet à Megaricis & Atticis montibus, finitur prope Thebas. ¶ Pierides item dictæ à Pieria, quæ regio est Macedoniæ. Emathia antè dicta. Hæc Musarum patria, domusq; est, à nemore item appellata, cui nomẽ est Pieris. ¶ Thespiades, à Thespiá oppido Heliconi propinquo. ¶ Hippocrenides, ab Heliconis pulcherrimo fonte, qui à Græcis *Hippocrene* dicitur: hoc est, equi fons, ἵππος equum vocant, κρήνη, fontem, unde & à nostris *Fons Caballinus* vocatur, & *Pegasius*, quòd Pegasus eo loco saxum ungula feriens, fontem dicatur aperuisse. Hunc equum putant esse, qui inter sydera collocatus est. Quamvis alii Bellerophontis equũ esse dicant. ¶ Libethrides vocatæ sunt à fonte Macedoniæ, in ea regione, quæ Magnesia dicitur. Hic Ionis Libethros, Musis est sacer, & spelunca eodem in loco, quę Libethrs appellatur. Item Pimpleides, seu Pimpleæ, à Pimpla Thraciæ monte, vel à fonte Pimpleo in radice ejus montis sito. ¶ Castalides, à fonte Castalio, in radicibus Parnassi, Musis sacro, qui à Castalia Nympha nomen assumpsit. ¶ Novem autem Mutæ finguntur, quibus hæc nomina imposita sunt. Primam enim à bonitate vocis dixêre Calliopen. ¶ Secundam Clio, à gloria & celebritate rerum gestarum, quas canit: quæ eadem Historica dicitur. ¶ Tertiam, ἐρατὴν, Erato, vel à canẽdis amoribus vel quòd cantus omnibus expetatur. Ovidius 2. de Arte: Nunc mihi, si quando puer, & Cytheræa favete: Nunc Erato: nam tu nomẽ amoris habes. ¶ Quartam à voluptate, ac lascivia cantus Θαλίαν, Thaliã: θάλλειν enim virere, germinare, florere est. ¶ Quintam μελπομένην, Melpomenen, à canendo: μέλπειν enim canto, & modulor significat, διὰ τὸ μέλος musĭcè: hoc est, à concentu faciendo: unde & Tragœdiis præsidere putabatur. ¶ Sextam πολύμνιαν διὰ τὸ πολλοὺς ὕμνους: hoc est, delectãdis choreis: unde à quibusdam dicitur Citharistria. ¶ Septimam Εὐτέρπην, Euterpen, à suavitate concentus, quasi bene delectantem. Hęc à nonnullis Tibicina dicta est, & præcipuè tibiarum cantui creditur præsidere. ¶ Octavam Polyhymniam, quòd multa canendo sit & vigeat memoriæ magnitudine, aut si Polymniam scribas, quòd memoria excellat. ¶ Nonam οὐρανίαν, Urania, quasi cœlestem, vel à cœlestium rerum cantu, vel à cantus divinitate: οὐρανὸς enim Græci vocant cœlum. ¶ Unde autem dictæ sint Musæ, inter scriptores non satis convenit. Plato in Cratylo διὰ τὸ μοῦσθαι dictas putat: hoc est, ab inquirendo: unde ab antiquis interdum vocatæ sunt Mosæ. Alii Musas dictas putant, quasi σὺν ὁρμῇ, quòd inter omnes disciplinas similitudo sit, & quodãam quasi cognationis vinculum, quo inter se omnes conjunguntur, & copulantur: unde & Musæ ita pingi solent, ut se mutuò tenentes, choros ducant. ¶ Sunt etiã qui Musas dictas putent διὰ τὸ μοῦσα, quod significat bona, honestaque disciplina instituere. Musarum nomina & inventa exequitur Virgil. in Epigram.

Clio gesta canens transactis tempora reddit.
Melpomene Tragico proclamat mœsta boatu.
Comica lascivo gaudet sermone Thalia.
Dulciloquis calamos Euterpe flatibus urget.
Terpsichore affectus citharis movet, imperat, auget.
Plectra gerens Erato saltat pede, carmine, vultu.
Carmina Calliope libris heroica mandat.
Vranie cœli motus scrutatur & astra.
Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia gestu.
Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas.
In medio residens complectitur omnia Phœbus.

Mūsĭcā, cæ, & Musice, ces, f. p. Scientia canendi, una liberalium artium quæ vim & rationem canendi demonstrat. [μουσικὴ. Gall. *Musique.* Ital. *Musica.* German. Die Kunst singen. Hispan. *El arte de la musica para cantar.* Polon. *Muzyka, spiewanie.* Ang. *Musick.*] Hæc apud Græcos tanti olim fuit, ut iidem Musici & vates, & sapientes judicarentur. Cujus scientiæ quum se imperitum Themistocles confessus esset (ut inquit Cicero) indoctior habitus est. ¶ Musicæ appellatione (inquit Budæus) prisci humanitatem literatum significabant, in qua ingenuos homines docebant otium contemnere animumque recreare. Recentiores verò ad numerorum modulationem hoc verbum transtulerunt: quia musica velut ludus animi est, & à curis vexati requies.

Mūsĭcā, orum, Cic. 1. de Orat. Quis musicis, quis hoc studio literarum quod profitentur ii qui Grammatici vocantur peritùs se dedidit, quin, &c. Idem 5. Tusc. Musicorum verò posuimus accepimus.

Mūsĭcus, a, um, penultima correpta, Ad musicam pertinens. [μουσικὸς. Gall. *Appartenant à Musique.* Ital. *Musico, pertinente à musica.* German. Dasz da der Kunst des singens gehört. Hispan. *Cosa perteneciente à la musica.* Polon. *Muzyk, spiewak.* Ang. *Belonging to musick.*] Plin. lib. 2. cap. 22: Sed Pythagoras interdum et musica ratione appellat tonum, quantum absit à terra Luna. Quintilian. libro 1. cap. 12: Aut musicis notis cantica exponit. ¶ Artem tractare musicam, periphrasticũs dictum est fabulas & comœdiam scribere. Terentius in Prolog. Phorm. in medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. ¶ Musicum studium. Idem in Heaut. Repentè ad studium hunc se applicasse musicum.

Mūsĭcus, ci, m. f. Cantor, qui novit aut docet musicam. [ὁ μουσικὸς. Gall. *Musicien.* Ital. *Musico.* German. Ein Singer der diese Kunst des Singens wol berichtet ist. Hispan. *Cantor che canta por musica.* Polon. *Spiewak.* Ang. *A musician.*] Cic. 3. de Finib. Iam in Græcia musici floruerunt. Idem 1. Offic. In fidibus musicorum aures vel minima sentiunt. Idem 2. Tusc. Sit absurde canat is qui se haberi velit musicum.

Mūsĭcē, Ponitur pro integrè ut nihil desit. [μουσικῶς. Gall. *Musicalement, en musique.* Ital. *Musicalmente.* German. Gesangt ohne mangel. Hispan. *Con musica, musicalmente.* Polon. *Spiewanie.* Ang. *After the manner of musick.*] Nam musicam vetere nostro verbo *peritiam* dixêre, in qua omnes sunt comprehensæ disciplinæ. Musicè etiam delicatè significat, & genialiter: nam musicè opipatè & genialiter vivere manifestum est. Plaut. in Mostell. Musicè hercle agitis ætatem: itaq; uti vos decet, Vino, & victu, piscatuq; probo electili Vitam colitis.

Mūsĭcŭs, a, um, μουσικῶδης. Quod musarum est: ut Lepos Musicus. Lucretius libro 4:

Deinde quod obscura de re tam lucida pango
Carmina, musæo contingens cuncta lepore.

Mūsæum, penultima producta. [μουσεῖον. Gall. *Lieu consacré aux Muses, vne cella de.* Ital. *Musèo, luogo consecrato alle Muse.* German. Ein ort da man guten Künsten obligt/als ein Studierhaus. Hisp. *Lugar consacrado a las musas.* Pol. *Pokoy gdzie się wszystcy.* Ang. *The house of a learned man, a studie.*] Locus est Musis & studiis consecratus. Strabo libro ultimo scribit apud Alexandriam fuisse celeberrimum museum. Plin. Iun. lib. 1. Epistol. 8. Fundanum: O mare, ô litus, verum, secretumq; museon quàm multa invenitis! quàm multa dictatis! Philostratus in vita Apollonii Tyanei μουσεῖον, vocat locum ubi Musæ colebantur, & responsa reddebant: quasi Musarum sacrarium. ¶ Est præterea Museum μουσεῖον, opus ex pumicibus constructum, in quo dependens, ut imaginem specus imitetur. Plin. lib. 36. cap. 22: Non prætermittenda est & pumicum natura: appellantur quidem ita & cætera saxa crosa annis: in ædificiis Musea vocant, dependen-

dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.

Muſcŭlus, i, ſ. p. Parvum animal volatile nulli non notum. [מוכה *makkâh*. Gall. *Une mouſche*. Ital. & Hiſpan. *Moſca*. Germ. Ein Fliege oder Muck. Belg. Een vlieghe Polon. *Mucha*. Vngar. *Legy*. Ang. *A flie*.] Plautus in Curcul. Item genus eſt lenonum inter homines, meo quidem animo, Vt muſcæ, culices, pedes-que, pulicesque. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16: Non ut muſcæ liquet, pulicesque. Varro 3. de Re ruſt. cap. 16: Non ut muſcæ liquentur, quòd nemo has videtur illas, in carne, aut ſanguine, ſed adpe. ¶ Ejus diminutivum eſt Muſcula. Boëthius: Quid imbecillius homine, quem morſus muſcularum necat?

Muſcĭfĭlus, ria, rium. Quod ad muſcas pertinet. [*μυιώδης*. Gall. *De mouche*. Ital. *De moſche*. Germ. Das der Fliegen iſt. Hiſpan. *Coſa de moſcas*. Polon. *To cząſto muchi przynależy*. Vngar. *Legyhez való, legi*. Ang. *Belonging to a flie*.] Plinius libro 29. capite 6: Aranei muſcarii telæ, & præcipuè ſpelunca ipſa impoſita per ſtoechm ad duo tempora. Vbi Muſcarium araneum vocat, qui venatur muſcas.

Muſcārium, rii, n. ſ. Flabellum, quo muſcæ abiguntur. [*σῶν*. Gall. *Vn eſmouſtoire ou autre inſtrument à chaſſer les mouſches*. Ital. *Scacciamoſche*. German. Ein Fliegen wadel. Hiſpan. *Moſcadero*. Pol. *Opędzak*. Vngar. *Legyező*. Ang. *A flie flappe*.] Cujuſmodi ex caudis pavonum confici ſolent, quæ muſcaria pavonina vocat Martial. libro 14. Hieronymus ad Marcellam: Quòd autem matronis offertis muſcaria, parvis animalibus ventilandis, elegans ſignificatio eſt, debere luxuriam citò reſtringere, quia muſcæ moriuntur oleum ſuavitatis exterminant. ¶ Erant & Muſcaria bubula, quæ ex boum caudis conficiebantur, pulvere vellibus excutiendo idonea: quorum etiam meminit idem Martialis loco jam indicato. ¶ Ab horum ſimilitudine herbarum quoque comæ in orbem radiatæ, cacuminaque in faſces crebra, Muſcaria appellantur. Plin. lib. 12. cap. 26: Semine in muſcarii dependente, ut ferulæ.

Muſcerdŭla, Muſcipula, Muſculus. Vide MVS.

Muſcōſus, muſci, m. ſ. Viridis herba, ſeu potius lanugo, in corticibus arborum, & circa fontes & loca humida naſcens. [*μύσος, βρύον*. Gall. *Muſſe*. Ital. *Muſco, muſſa che naſce ſulla corteccia de gli alberi*. Germ. Mieß ſo an den bäumen fürnemlich wächſt. Hiſpan. *El muſco de los arboles*. Polon. *Mech*. Vngar. *Mohh*. Ang. *Moſſe*.] Virg. 4. Georg. -muſco circumdat arantæ Corticis. Colum. lib. 2. cap. 24: Iam verò muſcus, qui more compedis, crura vitium derictæ comprimit, ſituque ex veterno macerat, ferro diligendus, & eradendus eſt.

Muſcōſus, ſa, ſum. Quod muſco opertum eſt. [*βρυώδης*. Gall. *Plein de mouſſe*. Ital. *Pieno di muſco*. German. Mießechtig / voll mieß. Hiſpan. *Lleno de tal modo*. Polon. *Mchu pełno*. Vngar. *Mohos*. Ang. *Full of moſſe*.] Vnde dicuntur Muſcoſi fontes. Et muſcoſa prata, apud Varro. 1. de Re ruſtic. cap. 9. Cicero ad Quint. Frat. libro 3: Nihil muſcoſius. Plin. lib. 12. cap. 1: Muſcoſi pumices.

Muſcŭlāri, ſic muſco tegi. *βρυοῦσθαι*. Vnde Emuſcari, eſt muſco liberari. Colum. lib. 11. cap. 2: Oleæ putantur, & emuſcantur.

Muſcă, muſcorum. Vide Muſcum in MVSA.

Muſcī. Vide MVSA.

Muſimōn, is, penultima correpta, m. t. Animal ovillo pecori non diſſimile, villo tamen caprino ſimilius, Hiſpaniæ & Corſicæ familiare. Plinius libro 8. capite 49: Eſt & in Hiſpania, & maxime in Corſica, non maximè abſimile pecori, genus muſimonum, caprino villo, quàm pecoris vellere propius, quorum è genere, & ovibus natos priſci Vmbros vocaverunt. Infeſtiſſimum pecori caput: quamobrem averſum à ſole paſci cogendam. Nonius aliter: Muſimones, *inquit*, aſini, muli, aut equi breves. Lucil. lib. 6: Pretium emit, qui vendit equum muſimonem.

Muſſo, muſſas. Vide Mutio in MVTVS.

Muſſātrii, ſic enim ut Holoander reſtituit, pro Muſſarii legendum prior. l. de Excuſ. artif. Colum. à Muſino, quod nos hodiè Ignatius in Feſcenniũ annotavit, *Muſacum* appellamus.

Muſtăcĕus, penultima producta, ſive potius Muſtax, cis, f. autumnus, quæ maximo folio conſtat, flaccidoque & albicantes dicta quòd muſtaceis ſoleat ſubjici. Plin. lib. 15. cap. 30: Duo lauri genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam: Pompeius Lenæus adjecit, quàm Muſticam appellavit, quoniam muſtaceis ſubjiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidoque & albicante. Ex quo Plinii loco apparet nominativum hujus duntaxat potiùs videri Muſtax, quàm Muſtace, quippe quæ accuſativum faciat Muſtacem: qua etiam declinatione uſus eſt Ruellius.

Muſtăcĕum, & Muſtaceum, cei, Libi genus eſt, conſtans ex farina ſiligineæ muſto conſperſa, caſeo, cumino, aniſo, adipe, & ramulis lauri, *συκάμινα*. quod in nuptiis adhiberi ſolet. Iuven. Sepe tibi legitimis pactam, junctamque tabellis Non eſt anxurus, ducendi nulla videtur Cauſa nec eſt cur cœnam & muſtacea perdas. Cato de Re ruſt. cap. 121, uſus eſt hoc nomine in maſculino genere. Muſtaceos (*inquit*) ſic facito: farinæ ſiligineæ modium unum muſto conſpergito, aniſum, cuminũ, adipis pondo duo, caſei libram, & de virga lauri deradito: cõdem addito: & ubi defixeris, lauri folia ſubtus addito dum concoquet. Dicta ſunt autem Muſtacea à Muſto, quo farina conſpergebatur: non (ut quidam putaverunt) à muſtace lauri genere: quũ è contrario, vel ipſo Plinio teſte, conſtet. hoc lauri genus à Muſtaceis nomen accepiſſe, quòd muſtaceis ſoleat ſubjici. Vide ea quæ de hoc annotavimus in dictione LAVREOLA.

Muſtellă, æ, penult. prod. f. p. [חלדה *chaldâh*. *γαλέη*. Gall. *Vne beleete*. Ital. *Donnola*. German. Ein Wieſelin. Belg. Eenen Weeſel. Hiſp. *Comadreja*. Polon. *Laſka*. Vng. *Menyet*. Ang. *A weeſell*.] Animal eſt parvum, ſed oblongum, flavi coloris, quod columbariis, aliisque id genus aviariis maximè inſidiatur, ova exorbens, ipſasque etiam aves enecans. Plin. Muſtellarum duo ſacit genera magnitudine diſtantia: ſylveſtre, quod Græci *ἰκτίδεα* vocant: & alterum domi noſtræ oberrans, quod ſuos quotidie transfert catulos, & ſerpentes perſequitur. Plin. lib. 29. cap. 4. ¶ Eſt etiam Muſtella, *γαλῆ*, Piſcis nomen apud Plin. lib. 9. cap. 17: proximam à ſcaro bonitatem obtinentis: quem Paulus Iovius in eo libello, quem de piſcibus Romanis edidit, multis argumentis oſtendit, eundem eſſe quem nos à lambendis petris *Lampetram* vocamus.

Muſtēlīnus, a, um, penult. prod. adjectivum, Fit à muſtella. [*γαλῆϊος*. Gall. *Appartenant à beleete*. Ital. *Pertinente à donnola*. German. Das des Wieſelins iſt. Hiſpan. *Pertenecſiente à comadreja*. Vngar. *Menyeti*. Angl. *Belonging to a weeſell*.] Terent. in Eunuch. Hic eſt vetus, victus, veternoſus ſenex, Colore muſtellino. Plin. lib. 30. cap. 14: Aut ex utriculo muſtelino per genitale effluentes aquas.

Muſtrĭcōla, læ, f. p. Eſt machinula, autore Feſto, ex tegulis in qua calceus novus inſuitur. Afranius: Muſtricolam in dentes indam tibi.

Muſtum, muſti, n. ſ. Recens vinum. [תירוש *tiróſh*. *γλεῦκος*, *οἶνος*. Gall. *Du moſt, vin doux qui vient de la cuue*. Ital. *Moſto, vino nuoue*. German. Moſt/ vnvergiſſener Wein. Hiſpan. *El moſto de las vuas*. Polon. *Moſzt*. Vngar. *Muſt*. Ang. *New wyne, or any drink that is new and freſh*.] Ovid. 4. Faſtor. Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plin. lib. 23. cap. 1: Muſta differentias habent naturales has, quòd ſunt candida, aut nigra, aut inter utrumque, aliaque ex quibus vinum fiat: alia ex quibus paſſum. Cic. de Clar. Orat. Sic ego iſtis conſuerim & novam iſtã quaſi de muſto ac lacu fervidam orationem fugiendam, &c. Virg. 1. Georg. Aut dulcis muſti Vulcano decoquit humorẽ. Ovid. 2. de Arte: Qui properant nova muſta bibant: mihi fundat avitum Conſulibus priſcis condita teſta merum.

Muſtŭs, ſta, ſtum, Recens. [חדש *chadâſh vel ſh*. Gall. *Nouueau fait, freſchement fait*. Ital. *Nuouo*. German. Neuw alſo der moſt. Hiſ. *Freſco, nuouo*. Polon. *Nowi, młody*. Vngar. Vy. Ang. *New and freſhe*.] Plautus: Muſtam juvencam dixit. ¶ Muſtum (inquit Nonius) non ſolùm vinum, verumetiam novellum quicquid eſt, recte dicitur. Nævius in Gymnaſtico: Virum eſt melius, virginem, an viduam uxorem ducere? virginem, ſi muſta eſt.

Muſtārĭus, a, um. Quod ad muſtum pertinet: [*γλεύκου ἐστὶν ἐπιθύμιον*. Gall. *Appartenant à moſt*. Ital. *Pertinente à moſto*. Germ. Das zu dem moſt gehört. Hiſpan. *Pertenecſiente à meſto*. Polon. Das zu dem moſt gehört. Vngar. *Muſthoz való, muſti*. Ang. *Belonging to ſweet wyne*.] ut, Muſtarius urceus, in quo muſtum reponitur. Cato de Re ruſt. cap. 11.

Muſtĕus, a, um. Dulcis, & muſti ſaporem referens: [*γλυκύς*. Gall. *Doux, comme moſt*. Ital. *Muſteſo*. German. Süß vnd gut ſchmackt wie moſt. Hiſpan. *Dulce, moſtoſo*. Pol. *Słodki iako moſzt*. Vngar. *Edes muſthoz*. Ang. *Sweet lyk new wine*.] unde Poma muſtea. Plin. Eſt tanta muſteis pomis ſuavitas, ut ſinis mandendi nonniſi periculo ſiat. ¶ Dicitur etiam Muſteus, recens, idem quod Muſtus. Idem libro 12. cap. 7: Amaritudo grano eadem quæ piperi muſteo creditur eſſe. Colum. lib. 9. cap. 13: Transfertur in vaſa fictilia mel, quæ paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus defervefcat.

Muſtŭlēntum, ut vinolentum, Quod odorem habet muſti aut oblitus muſto ac madens. Plaut. in Clit. Nam iſta muſtulentus æſtus nares arrigit. Ex Nonio.

Mūtabĭlis. Mutabilitas. Vide MVTO.

Mūtĭlus, a, um. Truncatus, aut membro aliquo neceſſario diminutus, mancus: [כרות *charûth* חרוץ *charûts* ברוע *gharûah* מקטע *mekuttâ'at*. *κολοβός, κεκομμένος*. Gal. *Mutile, qui n' eſt point entier, coupé*. Ital. *Tronco, tagliato*. German. Abgeſchnytten/ eines Glids beraubet. Hiſpan. *Mocho ò deſmochado*. Polon. *Ochromiony, kroſo*. Vngar. *Tſonka, bonna*. Ang. *Mutilat, cutte*.] unde boves, aut capri, qui cornua non habent, mutili dicuntur. Horat. 1. Serm. Satyr. 3: ô tua cornu Ni foret exacto frons (inquit) quid faceres, quum Sic mutilus minitaris? Ovid. Turpe pecus mutilum. Colum. libro 8, ſcribit meliorem eſſe arietem mutilum, quàm cornutum. Cæſar 6. bell. Gall. Harum eſt conſimilis capri figura &

ra & varietas pellium: sed magnitudine paulò antecedunt, mutilæque sunt cornibus. ¶ Et per translationem mutilus pro imperfecto. Cic. in Orat. Sed quũ mutila quædam & hiantia locuti sunt, quæ vel sine magistro facere potuerũt, germanos se putant. Thucydides. ¶ Sunt qui sic distinguant Mutilũ à Manço, ut Mutili dicantur hi quibus ferro, vel alia re aliquod membrum exectum sit: Manci verò, quibus membrum naturæ vitio desit. Iuvenalis, ex eo tanquam Mancus, & evirectæ corpus non utile dextræ. Debiles autem, quibus membrum vel vulnere, vel morbo inutile sit redditum.

Mūtĭlo, las, penultima correpta, Trunco, aliquid detraho, diminuo. [כרת *charáh* גרע *gharáh* קבץ *kitsitsáh*. κλαδεύω, τεμνω. Gall. *Mutiler, couper.* Ital. *Troncare, tagliare.* German. Stumpfen. Belg. Schroten. Hispan. *Desmochar ò cortar miembro.* Polon. *Kessic czynic.* Vngar. *Meg tson kitem, meg hamitom.* Ang. *To mayme.*] Terent. in Hecyr. Ego propterea te sedulò & moneo, & horror ne cujusquam misereat, Quin spolies, mutiles, laceres, quemquam nacta sis. ¶ Hujus compolita sunt, Admutilo, Dimutilo: de quibus suis locis.

Mūtĭlātŭs, ra, rum, Truncatus, deminutus. [כרות *charúth* חרץ *charúts* גרוע *gharúah* מקבץ *mekutsitsáh*. κλαδωθείς, τετμημένος. Gall. *Mutilé, coupé.* Ital. *Troncato.* German. Gestumptet. Hispan. *Desmochado.* Polon. *Okesiony.* Vngar. *Meg tsonkitatot hemana teretet.* Ang. *Maymed.*] Plin. lib. 8. cap. 5: Certè Cato quum imperatorum nomina annalibus describeret, eum qui fortissimè præliatus esset in Punica acie, Sutrum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Ovid. de Nuce: At mihi sæva nocent mutilatis vulnera ramis. Cic. 3. Philip. In Galliam mutilatum duxit exercitum: id est, diminutum.

Mūtŭlus, Lapis in pariete prominens, quadrangulus ferè, inferiore tamen sui parte nonnihil imminutus. Varro, lib. 3. cap. 7: Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordine, supra quos tegeticulæ cannabinæ sint impositæ. Idem lib. 3. cap. 16: Eas alvos ita collocant in mutulis parietis, ut ne agitentur, néve inter se contingant.

Mūtĭo, tis, Vide MVTVS.

Mūto, as, act. p. Vario, immuto, commuto, innovo. [החליף *hecheliph* שנה *shinnáh* חמיר *hemir*. ἀλλάττω, μεταβάλλω. Gall. *Muer, changer.* Ital. *Mutare, variare.* German. Endern/verwandten Hispan. *Mudar.* Polon. *Odmienyam.* Vngar. *Meg valtoztatom.* Ang. *To change.*] Plinius libro 9. capite 29: Colorem muta ad similitudinem loci, & maximè in metu. Vnde mutare sententiam dicimus, τὴν διανοιαν ἐξ ἐναντίας μεταβάλλειν. Terent. in Phorm. Haud scio hercle, ut homo est, an muter animum. Cicero ad Gal. libro. Famil. 7: Sin autem sententiam mutasti, ego habebo. ¶ Quandoque aliud pro alio accipio, permuto, ἀλλάττομαι, ἐξαλλάττω, ἐμπολάω. Salust. in Iugur. Scaturi tamen Metellus pecoris, & mancipiorum prædas certatim agere, eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, & aliis talibus. ¶ Aliquando sine ablativo. Virgil 4. Aeglog. -nec nautica pinus Mutabit merces: omnis feret omnia tellus. ¶ Mutare consilium, Cicero ad Atticum libro 3. & ad Quint. Frat. libro 3: Mutare decretum, & mutare jus. Idem 3. Verr. ¶ Mutare factum. Terent. in Andria: Haud muto factum. Vbi Donatus: Veteres: non me pœnitet. Idem Donatus in Phorm. Sic enim veteres dicebant, Muto factum, & Nolo factum, quum alicujus rei eos pœnitebat. ¶ Mutare fidem. Plaut. in Milit. Sed ne istam amittam, & hæc mutet fidem. ¶ Mutare se aliò, est se aliò habitarum transferre. μεταοικίζω. Varro: Facte aliquò cum omni familia mutes. ¶ Pace bellum mutare, est loco belli pacem accipere. Salust. in Catil. Nemo, nisi victor, pace bellum mutavit. ¶ Hujus composita sunt, Commuto, Demuto, Immuto, Permuto: de quibus suis locis.

Mūtātŭs, a, um, Participium. [משנה *meshunnáh* שנוי *shenuy*. μεταβεβλημένος, ἀλλοιωθείς. Gall. *Mué, changé.* Ital. *Mutato.* German. Geendert/verwandlet. Hispan. *Mudado.* Pol. *Odmieniony.* Vng. *Meg valtoztatot.* Ang. *Changed.*] Plin. lib. 3. cap. 11: In secunda regione Hirpinorum colonia una Beneventum, auspicatius mutato nomine, quæ quondam Maleventum. Virg. 2. Aen.

Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli!

Mūtātĭo, onis, f. t. Commutatio. [החליף *chaliphah* תמורה *temurah*. μεταβολή. Gall. *Mutation, changement.* Ital. *Permutatione.* German. Enderung/verwandlung Hispan. *Mudança.* Polon. *Odmiana.* Vng. *Valtozás.* Ang. *A changing.*] Cicer. 12. Philip. Consilii mutatio optimus est portus pœnitenti. Cicero pro Quint. Loci non ingenii mutatio.

Mūtābĭlis, le, om. t. à mutuo, Inconstans, quòd facilè mutatur, varius. [משתנה *meshtaneh*, ἐμπολικός. Gall. *Muable, inconstant.* Ital. *Mutabile, instabile.* Germ. Wandelbar/unbestendig / das sich leichtlich enderen lasst. Hispan. *Mudable, que se puede mudar.* Pol. *Odmienny.* Vng. *Valtozo, allhatlan.* Ang. *That may be changed, vnstant.*] Virg. 4. Aen. varium & mutabile semper Fœmina. Mutabilis vulgi animus. Liv. 2. ab Vrb. Mutabili ratione labuntur planetæ. Cicero de Vniversi. ¶ A quo Immutabilis.

Mūtābĭlĭtās, tis, f. t. Mobilitas, varietas. [חליפות *chaliphóth* תמורה *temurah*. ἀμοιβαία, ἀγωγία. Gall. *Mutabilité, inconstance.* Ital. *Mutabilità, leggerezza, inconstanza.* German. Wandelbarkeit. Hisp. *Aquella possibilidad de mudarse, inconstancia.* Polon. *Odmiennosc.* Vng. *Valtozasag, allhatlansag.* Ang. *Varietie, mutablenesse.*] Cic. 4. Tusc. Hæc inconstantia, mutabilitas q, mentis, quem non ipsa gravitate detinet?

Mūtĭto, tas, penultima correpta, Mutua convivia agito. ἀμειβόμενος. Gell. lib. 2. cap. 24: Principes civitatis, qui ludos Megalensibus antiquo ritu mutitarent: id est, mutua inter se convivia agitarent.

Mūtōnĭātus, m. f. ὀνοσχοίτης, idem quod Mentulatus: cui scilicet egregiè de membro virili prospectum est.

Mutulus. Vide MVTILVS.

Mūtŭō, adverbium, & Mūtŭo, mutuas, Vide MVTVVM.

Mūtŭs, m. f. A' mugiendo quidã deduci putant. [אלם *illém*. ἄφωνος, κωφός. Gall. *Muet.* Ital. *Muto.* Germ. Ein Stumm. Belg. Stom. Hispan. *Mudo.* Pol. *Niemi.* Vng. *Nema.* Ang. *Dumme.*] Nam quanvis mutus loqui non possit, prorumpit tamen in vocem, quæ mugitus potiùs, quàm sermo videtur. Vel dicitur Mutus, quasi minutus, quòd eo sensu minutus sit. Vel dicitur à mussando, quòd non aliud quàm inconditum quendam sonum edat. Cic. Cornif: lib. 12: Mutum esse satius est, quàm quod nemo intelligat, dicere. Plin. lib. 10. cap. 29: Merula canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitium muta. Cic. 3. de Legib. Vt enim magistratus leges, ita populo præsunt magistratui vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem: legem autem, mutum magistratum. Virgil. 12. Aen. Scire potestates herbarum, usumque medendi Maluit, & mutas agitare inglorius artes. Vbi Serv. Artes mutas dixit, quasi minus celebres, vel comparatione musicæ. ¶ Mutæ item artes dicuntur picturæ, quæ quum non loquantur, res tamen ipsas exprimit. Cic. 3. de Orat. Etsi hoc in his quasi mutis artibus est mirandum, & tamen verum: quanto admirabilius in oratione, atque in lingua (De arte picturæ. ¶ Mutæ, dicuntur literæ quædam exclusionantibus, quòd præ aliis modicum, & veluti motum quendam reddant sonum: ἄφωνα. ¶ Mutæ cicadæ, dicuntur cicadæ minores, non quòd nihil canant, sed quòd parùm canant. ἄφωνοι τέττιγες.

Muti, Lapides in agrorum divisionibus dicebantur, sine inscriptione appositi, ideo quia nulla significatione apparerent, quoto loco numerarentur. Ex Hygino.

Mūtĕo, mutes, mutui, n. f. à quo Mutesco, Mutus fio, vel mutuã more taceo. [אלם *neelam*. κωφόομαι. Gall. *Demeurer muet.* Ital. *Ammutire.* Ger. Stumm seyn/erstummen. Hisp. *Emudecerse.* Pol. *Niemu siedzem.* Vngar. *Meg nemulok.* Ang. *To waxe dumme.*] Lact. lib. 7: Quum in extru lingua mutescat. ¶ Hinc Immutesco, & Obmutesco: de quibus suis locis.

Mūtĭo, tis, tivi, vel tii, titum, n. q. Timidè & imperfectè loquor, mutio facio. [לחשׁ *lachásh*. ψελλίζω. Gall. *Parler entre ses dents, grommeler, grondir.* Ital. *Mutire, parlar con temore, & imperfettamente.* Germ. Einfreiben/gibsen. Belg. Hemelen/spreken. Hisp. *Hablar como entre dientes, querer hablar y no osar del todo.* Polon. *Zlosci nie mowie.* Vngar. *Mutzog nek.* Angl. *To whisper, to mutter.*] Terent. in Andr. Itaque hercle nihil jam mutire audeor: id est, verbum efferre. Plaut. in Cure. Viden' ut aperiuntur ædes festivissimè? non mutit cardo: id est, non crepitat.

Mūtītum, ti, verbum est à verbo Mutio, quod rectiùs antiquo more mutitio scribi videtur. Hinc Gallica dictio, *ramer*. Cornutus in Persium: Proverbialiter dicimus, Mutitum nullum emiseris: id est, verbum, eodem modo ne mu aut mut feceris: de quibus suprà in dictione M. V.

Mūtĭcus, a, um: [כרות *charúth* חרץ *charúts* גרוע *gharúah* מקבץ *mekutsitsáh*. κολοβός. Gall. *Mutilé.* Ital. *Troncato.* Ger. Gestumptet/abgebrochen. Hisp. *Desmochada.* Pol. *Kessi.* Vngar. *Tsonka.* Ang. *Maymed.*] ut Spica mutica. Varr. 1. de Re rust. cap. 48: Spica mutica dicitur, quæ nũ habet aristamcæ enim quasi cornua sunt spicarum. Quibus verbis ostendit Varro, spicam dici muticam, quasi cornibus mutilatam. Quam etiam interpretationem probat Cælius lib. 3. cap. 30.

Mūsso, mussas, n. p. Submissa voce loquor, & secretè, occultè, quod celatum velim, quasi murmuro. [לחשׁ *lachásh*. μυζω, γογγύζω. Gall. *Parler bas & entre ses dents, grommeler.* Ital. *Parlar sommesso.* German. Mudern / brummen und nicht heller heraus reden. Belg. Hemelen. Hispan. *Hablar como entre dientes.* Pol. *Szepcze.* Vngar. *Suttogek fogok.* Ang. *To whisper, to mutter softe.*] Plaut. in Aulul. Neque occultum id habeo, neque per mussum mussari. Quin participem pariter ego te, & tu me utrisque. ¶ Aliquando usurpatur pro tacere, & quasi obmutescere. Ennius apud Festum: Non decet mussare bonos. Terent. Sile, cela, occulta, tege, tace, mussa. ¶ Aliquando pro dubitare. Virg. lib. 11: mussat Rex ipse Latinus, Quos generos vocet. ¶ Mussare, murmurare, inquit Festus. Ennius: In occulto mussabant.

Serv. Mussare

sert. Mussate, queri. Virgilius 11. Aeneidos: Flent mœsti, mussantque patres.

Mussito, mussitas. Frequentativum à musso: hoc est, multùm & frequenter musso, & quod apertè dicere non audeo, clàm murmuro. [ושח lachasheb, sichoh. Gall. *Parler souvent bas & entre les dents.* Ital. *Mussare, parlar sotto voce.* German. Dick murren vnd brummen. Hispan. *Hablar como entre dientes.* Polon. *Cicho sypac.* Vngar. *Suttogok.* Ang. *To mutter, to speak softly and softly.*] Livius libro 1: Haud mirum esse, Superbo indistum Romæ cognomen: jam enim ita clàm quidam mussitantes, vulgò eam eam appellabant. Idem libro 9: Mussitantesque inter se negitabant, num quem plebeii COS. pœniteret. Plautus in Milit. Illi inter se certant donis, ego mecum mussito. Terent. in Adelph. Verùm cogito id quod res est: quando cum quæstam acceperis, Accipiunda, & mussitanda injuria adolescentium est. Vbi Donatus: Mussitanda, patienda, considerandaque tum silentio. Mussitare enim proprie est dissimulandi causa facere.

Mussitabundus, Multùm mussitans, & quod non satis turbè aperiè dici possit, clàm murmurans. [ושח lachasheb, sichoh.]

Mutuus, mutui, n. f. Dicitur ab eo, quod de meo tuum fit: vel quia res, quæ redduntur, mutantur, & propriè sine usura. [חוש nashichah, chasnus. Gall. *Prest, emprunt.* Ital. *Scambio, prestanza.* German. Ein gelehen / das man rattichet. Hisp. *Prestado.* Polon. *Pożyczenie.* Vngar. *Kölczön.* Ang. *A loane, that which is borrowed.*] Plautus in Asinar. Nam si mutuò non potero, certum est, famam fœnori. Paulus Iureconsultus: Mutuum damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus, alioquin aut commodatum erit, aut depositum: sed idem genus. Nam si aliud genus, veluti pro tritico vinum, recipiamus, non erit mutuum. ¶ Mutuùm item adverbialiter ponitur, pro mutuo. Cicer. pro Flacco. Pecuniam sumpsit mutuùm à Schola. Inter amant se mutuùm: id est, inter se amant.

Mutuò, adverb. Invicem, inter se. [ἀλλήλους. Gall. *L'vn l'autre.* Ital. *Scambievolmente.* German. Einander/ gleichlichen. Hisp. *Avno.* Polon. *Spolnie, naspol.* Vngar. *Vgyon tarsaggal, kölczön.* Ang. *Confederately, one after an other.*] Cicer. Mutuò se amabant. Ἀλλήλους: id est, inter se amant, quod venustissimè alibi dixit. Flaccus Ciceroni: Fac me mutuò diligas: id est, fac mihi in amore respondeas, & me vicissim ames. Idem in Epi. Te ut diligas me, si mutuò me facturum scis, rogo.

Mutuò, Aliud adverb. Cic. Cn. Pomp. lib. 5: Nulla in re tam lætari soleo, quàm meorum officiorum conscientia, quibus si quando non mutuò respondetur, apud me plus officii residere facilimè patior.

Mutuo, mutuas, mutuare, Mutuum dare. [חוש hilvah, δανείζειν. Gall. *Prester, bailler à vsure.* Ital. *Dare à cambio, dare imprestito.* German. Leihen. Belg. Leenen. Hispan. *Emprestar alguna cosa à vsura.* Polon. *Pożyczam.* Vngar. *Kölczön adok kölczön vetek.* Ang. *To lend or prest out a man with the vse of a thing for a while.*] Favorinus in Trin. Siquis quid mutuaverit, sit pro proprio perditum. Nam ego talentum, mutuò quòd dederam, talento Hoc immicum mihi emi, amicum vendidi. ¶ Significat etiam mutuum accipio. Cæcilius: Ad amicos curiat mutuatum, mutuet causa mea. Qua in re autem differant Mutuare, & Commodare, vide in dictione COMMODO.

Mutuor, mutuaris, d. p. Mutuum, vel mutuò accipio: & propriè dicitur de iis quæ numero, pondere, vel mensura pari, non eadem specie reddimus. [חוש lavah, δανείζομαι. Gall. *Emprunter, prendre à vsure.* Ital. *Prendere à cambio, pigliare imprestito.* German. Leihen. Belg. Ontleenen. Hispan. *Tomar lo emprestado de otro.* Polon. *Pożyczam.* Vngar. *Kölczön vetek.* Ang. *To borrow.*] Plautus: Decem minas a patre mutuatus, quod etiam dici potuit, sumpsit mutuum vel mutuò. ¶ Mutuari per translationem, pro Aliunde sumere. Cicero de Natura deor. Mutuemur hoc quoque verbum, dicaturque tam æther Latinè, quàm dicitur Idem de Fato: Orator ab Academicis subtilitatem ingenii mutuatur. Vide Budæum in Epist.

Mutuatio, onis, f. t. Mutui acceptio, alienæ rei usurpatio. [משא mashsha, נשה neshi. δάνεισις, δανεισμός. Gall. *Emprunt.* Ital. *Imprestito.* German. Entlehung. Hispan. *Emprestido.* Polon. *Pożyczenie.* Vngar. *Kölczönadzo kölczön vetel.* Ang. *Borrowing.*] Cicero pro Flacco: Itaque quum Roma clàm esset profectus, multosque minutis mutuationibus fraudavisset, in Asiam venit. Cicero 3. de Oratore: Translationes quasi mutuationes sunt, quum quod non habeas, aliunde sumas. Idem: Multari ea pœna, quæ sine mutuatione & versura possit dissolvi.

Mutuatitius, tia, tium, Quod mutuò datur. δανειστός. ut pecunia mutuatitia. Gell. lib. 20 cap. 1: Maximeque in pecuniæ mutuatitiæ usu, atque commercio.

Mūtŭus, a, um, dicit. Quod mutuò datū acceptúmve est. [Pol. Ρεψ-χρεος. Vngar. Kölczönös.] Cicero ad Atticum: Ille mihi H-S. quatuordecim non reddidit, quæ dedi ejus filio mutua. Sic sæpè ab eodem dicitur, Sumere, accipere pecunias mutuas. ¶ Mutuus idem aliquando quod pariter, æquabiliterque respondens. ἀντιπεπονθώς. Cicero ad Atticum: Tua voluntas erga me, meaque erga te par atque mutua. Sic mutuus amor, mutua voluntas: id est, alterius in alterum par & æqualis. Sic Mutuum cum aliquo facere: id est, idem ac par. Plaut. in Trin. Lesbon. Quid agit filius? P. Benè vult tibi. L. ædepol mutuum mecum facit. Idem in Curcul. Eam volt meretricem facere, ea me depeit: Ego autem cum illa facere volo mutuum.

M ante Y.

Mya, μύα. Genus conchæ sive margaritæ in fluvio circa Bosphorum Thracium, unionem rufos, ac parvos gignens. Plin. lib. 9. cap. 35. ¶ Est item Mya, insula in sinu Ceramico, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Myacanthon, μυακανθον, Herba est, quæ alio nomine Cornuda: hoc est, sylvestris asparagus dicitur: de qua Plin. lib. 8. cap. 9. ¶ Myacantha verò quibusdam herba est, quæ à Dioscoride μυρσίνη ἀγρία, à Latinis Ruscus appellatur. Cujus nomenclaturæ rationem hanc reddunt, quòd herba hæc in carnario suspensa, aculeis suis mures à lardo, carneque salsa arceat. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem.

Myagros, pœnultima correpta, Herba, Plin. [German. Ein Kraut/ hat bieter wie rôte / wird gesäyet von wegen seines dichtigen saamens.]

Myia, μυῖα, Græcis muscam sonat: quo etiam nomine appellatur ludus quidam puerilis, quum aliquis obductis oculis, extensisque manibus, colluctores quærit. Græca vox.

Myaces, μύακες, Pisces sunt ex conchārum genere, qui muricum modo coacervantur, vivuntque in locis algosis, & ubi dulcis aqua copiosa mari miscetur: gratissimi autumno: nam procedente hyeme amaritudinem contrahunt, coloremque rubrum. Reliqua vide apud Plin. lib. 32. cap. 9.

Myaros, Apud Paulum Aeginetam, similis Myagro herbæ.

Mydas, Vermiculus, qui fabis innascitur marcescentibus.

Mydriasis, f. t. μυδρίασις, Vocatur morbus oculorū, quum pupilla quidem ipsa colorem non mutat, sed videtur ultra naturalem situm, multò latior, interim ut visum omnem adimat, interim ut partem: res verò ipsæ minores quàm sint, appareant: econtrariò in phthisi majores: in qua pupilla contrahitur, corrugaturque. Latini pupillæ dilatationem vocant.

Myduſa, [μύδουσα. German. Ein Mâßhart.] A' quibusdam recensetur inter nomenclaturas Anchusæ herbæ: & legitur fanè in Græcis quibusdam Dioscoridis exemplaribus: à doctioribus tamen inter ejus scriptoris notha rejicitur.

Mygale, mygales, μυγάλη, Animal mediam inter murē & mustellam speciem habens, quod Latini murem araneum appellant. Vide suprà in dictione MVS.

Mylacris, μυλακρίς. Blattæ genus magnitudine cicadæ, circa molas nascens, vescensque farina. Pollux autor est mylacridem apud Aristophanem accipi pro gallina.

Myle, myles, μύλη, Herba est radicem habens parvo bulbo similem, contrahentis facultatis: quæ cum farina loliacea dehiscentem sanat vulvam. Autor Gal. lib. 7. Simpl.

Myle, Apud Aetium radix sylvestris Lapathi decocta, utilis ad dentium dolorem & mobilem.

Mylœcos, [μύλοικος. German. Mohrmen / die gemeinlich bey den Mulmen oder Backenzähnen sind.] Genus est vermiculi ex blattis quòd circa molas ferè soleat nasci. Autor est Plinius lib. 30 cap. ult.

Mylos, Latinè mola. Vide Chyromylas, χειρόμυλον, mola manualis, Amylum, sine mola.

Mymphur, Lignum mediocris longitudinis, rotundū, quod loro circumvolutū circumagunt fabri in operib. tornandis.

Myopāron, m. t. [μυοπάρων. Gall. *Vngalion, ou brigantin.* Ital. *Vna sorte di nave, come brigantino o galeone.* Germ. Ein Raubschiff. Hispan. *Nave ligera de cosssario.* Polon. *Buiarsk morskich złodziei.* Vngar. *Szaika, Ladik.* Ang. *A brigantine, a galeone.*] Genus navigii piratici, habens formam quandam mediam inter onerariam, & longam triremem: de quo vide Baysium de Re navali. Cicero libro 3. de Oratore: Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus, mare haberet infestum uno myoparone. Eodem (inquit) quo tu Orbem terræ. Idem in Verrem: Illi statim myoparonem egregium de sua classe, ornatum atque armatum dederunt. Salustius libro 3. histor. Et fortè in navigando cohors una grandi phaselo vecta à cæteris decerravit, maridque placido à duobus prædonum myoparonibus circumventa.

Myopes, [μυωπες. Gall. *Qui ont la veuë courte.* Ital. *Colore che hanno*

lumina læsa visa erunt. German. Wberſichtige/ blindende/ die vor wenig zeiten ſehen. Hiſpan. *Viſojos, que ven poco.* Polon. *Ci ktorzy z wielka ſa blisko do oczow przylepa.* Vngar. *Homaly ob ſzemw keuſſe ſzivnakjai.* Angl. *Sore blind or ſand blinde.*] Dicuntur à Græcis, qui rem aliquam niſi propiùs oculis admotam, non videnti, limisque & ſemiclauſis oculis intuentur. *Μύωπες* (inquit Ariſtoteles) *λέγονται οἱ ἐν χροιᾷ τὸ μὲν ὄγχος βλέποντες, τὸ δὲ ἀκριβὲς οὐχ ὁρῶντες.* Hoc vitii genus à *μυεῖν*, vel *μυσταγωγεῖν* appellatur: contrarium nobis accidit in ſenectute, ut ſcilicet longiuſculè diſſita commodiùs videamus. Dicti Myopes, *ἀπὸ τοῦ μύειν τὸ ὄμμα*; hoc eſt, à claudendo viſu. Nyctalopes autem dicuntur, qui quum interdiu clariſſimè perſpiciant, adventante nocte hebetioribus ſunt oculis.

Μῦωπία, Vitium myopum. Sunt & Myopiæ murium cavernulæ, *παρὰ τὸ μῦς καὶ τὸ ὤψ* video.

Μυόφονον, [*μυόφονος* Pol. *Omicg.*] Herba eſt muribus exitialis: unde & nomen accepit, eadem forteſſis cum ea quam alibi Myoctonon, & Aconitum appellari docuimus. Memoriæ Myophoni Plin. lib. 11. cap. 9.

Μυόσωτα, *μυὸς οὖς*, Herba eſt, quam & Alſinem, & verbum ex verbo exprimentes, Muris auriculam vocant Latini. [German. Mauſ ohr.] Folia enim, quum primùm erumpunt, murinæ auri habet non diſſimilia. Alcines verò nomen accepit, quòd algidis locis gaudeat, & opacis. Gallis *Morenne* nomine notiſſima eſt, eaque ſolent avicularum eſcam faſtidientium appetitum recreare. ¶ Refertur & alterum Myoſotin genus à Dioſcoride, quod & Myoſitis, *μυὸς οὖς*, diminutiva forma appellatur, plures ab una radice caules mittens, aliquatenus ab imo rubentes, & concavos: folia autem anguſta, nigreſcentia, & in acutum deſinentia: floſculos verò cæruleos, anagallidis colorem exprimentes. Quidam putant eſſe Officinarum *Pilioſellam*: licet deſcriptio ei uſquequaque non conveniat. Poſteriorem hâc ſpeciem deſcribit Plin. lib. 27. cap. 12. Priorem verò lib. 26. cap. 4.

Μυόττοχες, Alſine apud Dioſc. lib. 4. cap. 89.

Myracanthion *μυρακάνθιον*, Herba aculeata, quæ & Eryngion, & Centumſpita appellatur. Radicem habet odoratam: unde & Myracanthi nomen accepit.

Μυριάς myriadis, f. t. Numerus decem millium. [רִבּוֹא *ribbô*, *μύριοι* Gal. *Dix mille* Ital. *Decina di migliaia.* German. Ein zahl die zehen tauſent begreifft. Hiſpan. *Diez millares.* Polon. *Liczba dziewięć tyſięcy.* Vngar. *Tizezer.* Ang. *Ten thouſand.*] Vnde Myriarchus, ſive Myriarcha *μυριάρχης*, *ὁ μυριάρχης*, dictus eſt decem millium præfectus.

Μυρίκη, penultima producta, f. p. [עֵרְעָר *haraar* *μυρίκη* Gall. *De la bruyere, dequoy on fait verges à nettoyer robbes.* Ital. *Tamarice.* German. Tamariſken ſtauden. Hiſpan. *El arbol o tarahe o tamarice.* Vngar. *Tiboſzia.* Ang. *Heath to mak beſomes of.*] Genus humilis virgulti, cujus ſunt duæ ſpecies: ſativa quam & Tamaricem vocat Plinius libro 13. capite 21: altera ſylveſtris, quam in Achaia *Briam ſylveſtrem* vocant. Hanc Ruellius eſſe arbitratur, quam Galli ſua lingua vocant *Bruyere*. Virgil. 4. Aeglog. Non omnes arbuſta juvant, humilesque myricæ. Ovid. 3. de Arte: Nec denſum ſolitis buxum, fragilesque myricæ. Idem 10. Metamorph. Perpetuoque virens buxus tenuesque myricæ.

Myrinus, penultima producta. [*μύρινος*. German. Das männlin von einem Meerſch einer Schlangen gleich: *Murena* genañt.] Ab Ariſtot. vocatur mas murænæ, qui dentes extra os habet. Plinius libro 9. capite 23. Ariſtoteles myrinum vocat marem, qui generandi diſcrimen eſſe, quòd myræna varia & infirma ſit: myrinus unicolor, & robuſtus, denteſque extra os habeat.

Μυριόφυλλον, f. [*μυριόφυλλος*. German. Gerb.] Herba eſt, alio nomine Achillea dicta ab Achille Chironis Centauri diſcipulo, qui eam traditur inveniſſe. Myriophyllon appellata à multitudine tenuium foliorum: unde & Millefolium à Latinis appellatur. Vide Plin. lib. 24. cap. 16.

Myriſtica nux. [*μυριστικὴ μυρεψικὴ* Gall. *Noix muſcate.* Ital. *Noce muſcata.* German. Ein Muſcatnuß. Hiſpan. *Nuez muſcada.* Pol. *Muſzkatowa gałka.* Vngar. *Szeretſio dio.*] A quibuſdam appellatur, quam nos hodie *Nucem odoratam*, vel *muſcatam* vocamus. In qua etiam opinione eſt Hermolaus Barbarus in Dioſcoridem. Et certè non video cur ita appellari non poſſit, modò ſciamus diverſam eſſe à glande myrepſica, quam Plinius vocat Myrobalanum.

Myrmecia. [*μυρμηκία* Gall. *Certaines verrues ſur le corps qui formillent & demangent.* Ital. *Verri delle mani.* German. Die gemeyn wartzen ſo ägerlich ang greiffen werden. Hiſpan. *Berrugas o verrugas de las manos.* Polon. *Brodawki ſwierzbiace.* Vngar. *Vaktemö.* Ang. *Certaine warts.*] Verrucæ ſunt, lupini amplitudine, ferè in palmis manuum, & plantis pedum naſcentes: ita dictæ quòd formicæ in morem pungant. Celſus libro 5. cap. ult. quatuor enumerat genera verrucarum, vel potiùs ulcuſculorum verrucæ ſimilium: *ἀκροχορδὼν*, Thymium, Myrmecium, & Clavum: de quarum differentiis vide ipſum.

Myrmecites, *μυρμηκίτης*, Gemma, quæ innatam repentis formicæ effigiem habet. Plin. lib. 37. cap. 11.

Myrmeciurus, *μυρμηκίουρος*, Phalangii genus, formicæ ſimile capite, alvo nigra, guttis albis diſtinguentibus. Hæc ferè Plinius libro 22. cap. 4.

Myrmecoleon, *μυρμηκόλεων*, Exiguum animalculum, formicis adverſum, quod ſe ſub pulvere abſcondit, & formicas ſumenta geſtantes interficit, & interfectas conſumit. ¶ Eſt autem dictio ex formicæ & leonis nominibus compoſita: quaſi Formicoleonem dicas. Nam quemadmodum leo imbecillorum animalium, ita hoc animalculum formicarum prædam agit: quum tamen volucribus nihil aliud ſit, quàm formica. Hinc Bibliorum interpres in libro Iob Myrmecoleo perit, eò quòd non habeat prædam.

Myrmecias, *μυρμηκίας*, Gemma nigra, eminentias quaſdam habens ſimiles verrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Myrobalanum. [*μυροβάλανος*. German. Ben/wie es die Apotecker nennen/ iſt ein baum frucht vnnd nicht ein wurtzel.] Glans eſt arboris ſimilis heliotropio, magnitudine nucis avellanæ, quam Dioſcorides *βάλανον μυροψικὴν* appellat: hoc eſt, glandem unguentariam. Glandis hujus nucleus Græcarum nucum more tritus, humorem reddit, quo ad pretioſa unguenta pro oleo utuntur. Naſcitur in Aethiopia, Aegypto & Arabia, quæ Iudæam ab Aegypto diſterminat. ¶ Habet autem hæc dictio omnes ſyllabas breves: unde carmen heroicum ingredi non poteſt: ad quod alludit Martialis in Apophoretis: Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus. Hoc ex unguento conſtat & ex balano. Retinet hæc glans etiam hodie nomen ſuum, in pharmacopolarum officinis. Vide de hoc plura in dictione BALANVS.

Myrobăptæ, *μυροβάπται*, dicuntur tinctores murrhei coloris.

Myrobrechi, *μυροβρέχοι*, Vaſa unguentaria, quæ ſi unguento ſtillantia *μύρον* Græci unguentum vocant, *βρέχω* ſtillo, pluo, & irrigo. Hinc Plaut. in Aulul. *Myrobrechiarios*, *μυροβρεχεῖς*, eos unguentorum confectionibus accipit, ad capillos madefaciendos. Ait enim, aut manuleatii, aut myrobrechii.

Myropolæ, m. p. Unguentarius, unguentorum venditor, gen. prod. [רֹקַח *rokeah*, *μυρεψὸς*. Gall. *Parfumeur, vendeur de ſenteurs, odeurs ou vngueus.* Ital. *Profumiere.* German. Ein Apotecker der allerley ſalben verkaufft. Hiſpan. *El que vende vnguentos o eſſos.* Polon. *Aptekarz.* Vng. *Patikar.* Ang. *A ſeller of ſweet oyles and perfumes.*] Plaut. in Caſ. Myropolas ſolicito omnes, ubicunque unguentum eſt lepidum.

Myropōlium, n. t. Locus ubi unguenta vendūtur. [*μυροπώλιον*. Gall. *Le lieu où on vend ſenteurs, odeurs ou vngueus.* Ital. *Profumeria.* Ger. Ein Apoteck. Hiſp. *La tienda donde ſe venden los vngentos oloroſos.* Polon. *Aptieka.* Vng. *Patika.* Ang. *A place where oyles and perfumes are ſold.*] Plaut. in Amph. Nam omnes plateas perreptivi, gymnaſia, myropolia. Latinè Vnguentaria taberna dicitur. Suet. de Auguſto: Et modò unguentariam tabernam, modò piſtrinum Atticæ exercuiſſe obiicit.

Myrothecium, n. t. [*μυροθήκιον*. German. Gefäß vnnd ort darin wolriechende Salben behaltet.] Vnguentorum repoſitorium. Cicero ſcribit ſe myrothecium Iſocratis totum conſumpſiſſe, in commentariis Conſulatus ſui ſcribendo: hoc eſt, pigmenta oratoria. Epiſtola ad Attic.

Myrrha, f. p. [מֹר *mor* *σμύρνα*. Gal. *Mirrhe* Ital. *Mirra.* German. Myrrhen Hiſpan. *Mirra* Polon. *Myrrha.* Vngar. *Mirrha.* Ang. *Myrrhe.*] Arbuſcula eſt in Arabia naſcens, altitudine quinque cubitorum, non ſine ſpina, caudice duro & introrſo, cujus cortice inciſo defluit lacryma, quæ & ipſa myrrha vocatur ſtacte. Ejus præcipua virtus eſt, ut mortuorum cadavera incorrupta conſervet. Vide Plinium libro 12. cap. 15. & 16. ¶ Myrrha præterea Cyniræ Cypriorum regis fuit filia, quæ nefando patris amore capta, quum aliquot noctes auxilio nutricis cum illo concubuiſſet, tandem illato lumine aguam, quem illam pater vellet occidere, noctis beneficio elapſa, in Arabiam profugit, ubi in arborem ſui nominis eſt converſa. Ovid. 10 Metamorph.

Myrrhĕus, a, um, pen. corr. Quod ex Myrrha eſt. *μυρρεῖος*. Propert. Myrrheaq; in Parthis pocula cocta focis.

Myrrhīnus, na, num, pen. corr. *μυρρῖνος*. Quod myrrham habet admiſtam, vel quod myrrha eſt condiatum.

Myrrhĭnæ vīnæ, *οἶνος μυρρῖνος*, dicuntur quæ myrrha condita ſunt.

Myrrhītes, ſive ut apud Plin. legitur, Myrapſa, *μύραψα*, Genus pyrorum, quod odorem gratiſſimum reddit. Plinius libro 15. cap. 15.

Myrrhis, idis, *μύρρις*, Oleris genus cicutæ ſimillimum, foliis aliquãto minoribus, & brevioris caule, ſaporis & odoris jucundi. Vulgus herbariorum vocat *Cicutariam*.

Myrrhites, *μυρρίτης*, Gemma quæ myrrhæ colorem habet, odoremq; unguenti. Plin. lib. ult. cap. 10.

Myrſinites,

Myrsinites, μυρσινίτης, teste Plin. lib. 26. cap. 8: species est tithymali, & foliis myrthi acutis, compungentibus, sed molliorib. & licem Myrsinites gemmæ est, quæ melleum colorem nigricantem habet. & myrti odorem, Plin. lib. 37. cap. 10.

Myrsinē. Myrtus sylvestris, vel Ruscus. Dioscorides libro 4. capite 12.

Myrtacanthā, μυρτάκανθα, à quibusdam appellatur Ruscus, frutex, quem Dioscorides μυρσίνην ἄγριον: hoc est, sylvestrem myrtum appellat. ¶ Est autem ex his nomenclaturis, quas exhibiores, veluti nothas, è Dioscoridis familia summovemus.

Myrtēlis, A Theodoro convertitur Tithymelus Myrsinites apud Dioscorid. lib. 4. cap. 170.

Myrtidion. Cerasunion apud Dioscor. lib. 1. cap. 126. & ibid. in Coroll. Ruth.

Myrtinē, Prisci myrsinon, apud Dioscor. lib. 4. cap. 16.

Myrtopetalum, μυρτοπέταλον, Herba est, quam alio nomine Polygonaton appellant, à multitudine geniculorum. Autor Plin. lib. 27. cap. 12.

Myrtus, i. f. [μυρσίνη. Gall. *Vn arbre appellé mourte.* Ital. *Mirto.* German. Myrtenbaum / Welsche oder fremde Heydelbeer. Hispan. *Arrayhan murtilla que se labra.* Polon. *Myrt.* Vngar. *Mirtus fak.* Angl. *Myrt.*] Arbor baccas saporis præcipui producens, ex quibus vinum fit, quod Myrtiten vocant. Dicebant & veteres in feminino murca. Varr. lib. 4. de ling. Latin. Murtatū, *inquit*, à myrto, quòd ea large fartum intestinum crassumisse enim reperiuntur, ut est in antiquis, quum & Cato in hoc sexu usus sit. De murtato autem vide suprà suo loco.

Myrtidanum, μυρτίδανον, Vini genus myrti sylvestris baccis conditum. Plin. lib. 14. cap. 16: Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tusis, libram in tribus musti congiis defervefaciunt, donec duo supersint. Quod ita sylvestris myrti baccis factum est, Myrtidanum vocant.

Myrtētum, penultima prod. n. f. Locus myrtis consitus. [μυρτεών. Gall. *Vn lieu planté de mourtes.* Ital. *Luogo dove sono piantati molti mirti.* Ger. Ein ort da viel Myrtenbäum stehen. Hisp. *Arrayhanal.* Vng. *Mirtus fák terme hely.* Ar. *A place planted with myrt.*] Plautus in Aulul. Nescio qui servus è myrteto prosiluit. Horat. lib. 1. Epist. ad Vallam: - sanè myrteta relinqui, Sulphura contemni vicus gemit.

Myrtēus, a, um, Quod ex myrto est. [μυρσίνεος. Gall. *De mourte.* Ital. *De mirto.* German. Von Myrtenbaum / oder von Welschen Heydelbeern. Hisp. *Cosa de arrayhan.* Pol. *Myrteus.* Vngar. *Mirtus fabol való.* Ang. *Of myrte.*] Tibullus: Et gerit insigni myrtea serta coma. ¶ Hinc myrteam Venerem prisci appellaverunt. Plin. lib. 15. cap. 29: Ara fuit Romæ vetus Veneris Myrteæ, quam nunc *Murtiam* vocamus.

Myrtinus, a, um, pen. prod. ejusdem significationis, ut oleum myrtinum, μυρσίνινον. Plin. lib. 23. cap. 4: Oleo myrtino illitum statim resolvitur.

Myrtītes, Vinum dicitur myrto conditum, quemadmodum Aromatites, vinum aromatibus imbutum. Colum. lib. 12. cap. 38. Vinum myrtiten ad torminā sic facito.

Mys, Myos, masc. gen. Piscis nomen, Vide in PROPRIIS.

Mysteria, orum, n. f. [מוֹדִים *sodhoth*, μυστήρια. Gall. *Mysteres, secrets ornemens les choses diuines.* Ital. *Misteri.* German. Heimlichkeit. Hispan. *Los secretos del sacrificio.* Polon. *Tajemnice boskie.* Vngar. *Titkos szertség.* Ang. *Mysteries, secret matters.*] à Græcis dicuntur sacra quædam arcana, quę Latini secluſa vocarunt a dicta, quòd ea ἐξὸν μὴ γνώσεσθαι τοῖς ἔξω: hoc est, quòd ea intus oporteat occludere, nec cuiquam profano explicare. Nefas enim erat alicui aperire mysteria, qui sacris non esset initiatus. Vnde poëta nescio quis occæcatus fertur, quòd mysteria enunciasset. Hinc non sine mysterio fieri dicimus, quæ occulta aliqua sacrorum ratione perficitur. ¶ Vnde Mystæ dicti sacra discentes, mysteriorum periti, discipuli, & initiatus sacris alicujus numinis, ut apud Ausonium, Senecam, & Papinium. ¶ Et Symmystæ, consacerdotes eisdem sacris initiati. Qua dictione Apuleius, Sidonius, & Hieronymus utuntur. In mysteriis autem tradebantur multa arcana, quæ in vulgus enuncianda non sunt, quum (autore Tertulliano) omnibus mysteriis silentii sedes debeatur. Scribit Eusebius libro 2. de Præparatione Evangel. in sacris Isidis & Serapidis fuisse Harpocratis simulacrum, quòd digito labiis impresso admonere videretur, ut silentium fieret. ¶ Id in eruendis mysteriis (inquit Eus. in Mil. Christ. can. 5.) non oportet animi tui conjecturas sequi (loquens de Scriptura interpretanda) verùm cognoscendi ratio, & velut ars quædam, quam tradit Dionysius quidam in lib. de Divinis nominibus, & D. Augustinus in opere de Doctrina Christiana. Paulus autem Apostolus post Christum fontes quosdam aperuit allegoriarum. Quem sequutus Origenes in hac parte Theologiæ facilè principatum obtinet. ¶ Mysteria etiam quædam festa dicebantur in honorem Cereris celebrari solita, quæ & initia dicebantur: de quibus nonnulla diximus in verbo Initior. Cicero ad Atticum libro 6: Faciesque me in quem diem Romana incidant Mysteria, certiorem, & quomodo hyemaris. Putatur autem hoc sacrorum genus ab Eleusine Attici agri oppido in reliquas terras exportatum. Ibi enim duo erant mysteriorum genera: majora, quæ Ceteri sacra erant: & minora, in honorem Proserpinæ filiæ ejus instituta. Et quoniam utrorumque ceremoniæ summo studio occultabantur, factum est ut Mysteria pro arcanis acciperemus. Cicero ad Atticum: Neque enim sunt Epistolæ nostræ, quæ si perlatæ non sint, nihil ea res nos offensura sit: quę tantum habent mysteriorum, ut eas ne librariis quidem ferè committamus.

Mystăgōgus, mystagogi, m. f. Sacrorum custos, qui custodiæ sacrorum est præfectus. [כּוֹמֵר *chomér.* μυσταγωγός. Gall. *Sacrestain.* Ital. *Sacristano.* German. Der vber heylige ding zur hus verordnet ist / ein Sacrist / der einen vber geheime ding fürsten kan. Hispan. *Guardador de las secretos, sacristan.* Polon. *Dozorca świątosci, zakrystyan.* Vngar. *Szegössyer, titkos szentség őrző.* Ang. *A churchwarden.*] Cicero Verr. 6: Itaque judices ii, qui hospites ad ea quę visenda sunt, ducere solent, & unumquidque ostendere, quos illi *mystagogos* vocant, conversam jam habent demonstrationem suam.

Mȳstēs, vel Mysta, æ, Sacra discens, Mysteriorum peritus, discipulus, initiatus sacris alicujus numinis, Seneca. Pii mystæ. Auson. Infulati mystæ. Sidon.

Mystĭcus, ca, cum, μυστικός, μυστής, Propriè quod in arcanis deorum sacris fiebat, qualia erant Bacchi Orgia, quæ noctu clàm à solis mulieribus celebrabantur. ¶ Vnde Mystica sacra pro arcanis sactis dixit Mart. lib. 8: Non per mystica sacra Dindymenes, Nec per Niliacæ bovem juvencæ, Nullos denique per deos, deasq; lurat Gellia, sed per uniones.

Mystus, Genus piscis, qui à Plin. lib. 32. cap. 11. numeratur inter genera lacertarum.

Mythos, Latinè fabula.

Mythŏlŏgĭa, æ, μυθολογία, A Latinorum nonnullis Affabulatio dicitur: hoc est, fabulæ explicatio. ¶ Vnde Mythologi dicuntur, qui rationes reddere conantur, quare fabula unaquęque fuerit excogitata.

Myttītis, μυττίδος, penultima correpta, Piscis est ex genere cōcharum, in arenosis potissimùm locis proveniens, cujus exusti cinis causticam vim habet, nō secus ac muricis. Vide Plinium lib. 32. cap. 9. & lib. 9. cap. 51. Mart. lib. 5: Sumitur inciso mytilus ore mihi. *Hor. Serm. Lib. II. 4. 28.*

Myttōs, Pulmentarium rutis, rusticis Italiæ familiare. De quo lege Aphroscorodon. Myttotos, ab odoris fastidio est dictus. In hunc & caseum quoque addebant. Alii genus placentæ faciunt ex oleribus, ut Phocion ait.

Myuros, Herba folia Alimo similia habet: verùm per ternas serrata est, ac velut corymbos in summo longos habet. Aetius Serm. lib. 10. cap. 26.

Myxa, [μύξα. Gall. *Morue, mureau.* Ital. *Mocco.* Germ. Schnuder / rey auß der Nasen. Hispan. *El moco.* Polon. *Soplie gnoja.* Vng. *Takony.* Ang. *Snattinesse, or filth of the nose.*] apud Græcos, propriè pituitæ excrementum è naribus fluens, qui & Mucus dicitur: unde μύξων mucosus appellatur: hoc est, nates muco sordidas habens. Μυξωνὶς verò ipsum narium foramen appellatur. ¶ Hinc etiam Myxos prominens pars lucernæ vocatur, ex qua profertur ellychnium, quemadmodum ex naribus mucus. [German. Das törle oder tingtin an der Lampen / da der Dachten inn ist.] Quare Græci quoties volunt ellychnium produci, ut luceat clarius, ἐκμυξῶσαι τὸν λύχνον dicunt: nostri verò *Emungere lucernam.* ¶ A Myxos fit Dimyxos, quæ est lucerna duo ellychnia habens: Trimyxos, tria: Polymyxos, multa. Mart. lib. 14: Illustrem quum tota meis convivia flammis, Torque geram myxos, una lucerna vocor.

Myxon, myxonis, m. t. μύξων, Piscis est, apud Romanos olim in delicijs habitus. Plin. lib. 35. cap. 12. De vasis fictilibus loquēs: Tripatinum appellabatur summa cœnarum lautitia: una erat murænarum: altera luporum: tertia myxonis piscis, inclinatis jam scilicet moribus. Hunc piscem nonnulli Banchum vocavēre. Idē lib. 32. cap. 7. de jecore hujus piscis loquens: Auribus, *inquit*, utilissimum bati piscis vel recens, sed inveteratum vino. Item Banchi, quem quidam Myxona vocant.

N LITERA,